HIERONYMI FERRARII AD PAVLVM MANVTIVM EMENDATIONES IN PHILIPPICAS CICERONIS.

HIS ADIECIMVS

M. Tullij Ciceronis defenſiones contra Cœlij Calcagnini Diſquiſitiones in eius officia: per Iacobum Grifolum Luciniacenſem.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1552.

HIERONYMVS FERRARIVS PAVLO MANVTIO S. D.

*

ECCE tibi perſoluo, quod promiſeram, uel, ut uerius loquar, plus quàm promiſeram, præſto. ſatis enim non promiſſo meo ſolum, uerùm etiã animo tuo factum erat, ſi modo nudos (ut ita dicam) hoſce locos tibi tradidiſſem. Verùm ego cũ ſcirem te eſſe diſtentiſſimum, quà de mendis librorum tollendis, quà de uerbis quibuſdam atq; ſententijs, quæ in his inuolutæ erant, euoluendis, ut labore te leuarem, ſimulq; augerem munuſculum meum, feci quod antea nunquam, quodq́; ualde abhorrebat à natura mea, ut quæ partim ex antiquis libris, partim ex me prompſeram, ea quaſi ueſtitu orationis induerem, &, quoad rei natura pateretur, ornarem. Id autem ut commodius à me fieret, & cumulatius, antequam ad ſcribendum aggrederer, faciundum mihi putaui, ut ea ſtudia, quæ in his libris antea poſueram, nunc rurſus acriori cura, attentioreq; animo renouarẽ. Itaq; conductis in unum multis Philippicarum uoluminibus, & his quidem peruetéribus, operam dedi, ut, quoniam inter ipſa conueniret interdum, ſæpe uariaretur, hanc uarietatem, conſtantiamq́; ita diligenter notatam haberem, ut ne litera quidem effugeret. Quantum autem & his & ſuperiorum temporum uigilijs lucrifecerim, nõ eſt meum ſcribere, ideo quòd facile ſeipſum quiſq; fallit, & ipſa ſcripta indicabunt. Tanta quidem certè diligentia uſus ſum, ut interdum, ne putida uideatur, in mentem ueniat ſubuereri, ita minima etiam quæq; per-

ſecuti ſumus: nec ſolum elaborauimus, ut ſua Tullio ſermonis elegantia, uerùm etiam ſuus, quoad eius fieri poſſet, orationis orbis, ſuusq; numerus redderetur. Quæ tamen in his interpretati ſumus, quæ'ue emendauimus cum apud hunc ipſum in alijs libris tum apud alios de meliore nota ſcriptores, hæc, etſi cum occurrerent, atq; inciderent quaſi prætereuntes excuſsimus, tamen animum harum minutarum rerum faſtidio defeſſum releuare poterunt, atq; abalienatum retinere. hoc igitur opuſculum ad te mittimus, quod uel ut tuum per me edas licet, ſiquidem me tui amor ad ſcribendum, non ſtudium laudis impulit: uel, ſicut ingenuus es, nec indigens cuiuſquam, meum nomen placet inſcribere, in tuo certe exeat ac diuulgetur uolo, non ſolum ob eam cauſam, ut quam diligentiam ſoles in tuis, hanc in meis quoq; rebus adhibendam putes, uerùm etiam multo magis ut doctiſsimi adoleſcentis, atq; apud eos omnes, qui ſe optimis artibus dediderunt, gratioſi, nomine commendatum, ſtudium iſtuc ſecum, fauoremq; in uulgus afferat. Hic autem ut primus ingenij fœtus nunc minutus ſit, nec ita ualde bonus neceſſe eſt. poſt ſi, ut humus, ſic animus fiet cultu fœcundior, quoq; magis ſubactus erit, eo grandiores edet fruges, ac meliores, uberiora à me ac præſtantiora debebis expectare. qualiacunq; certe efferremus, tibi efferremus. quis enim ad communem fructum non excitetur, non ei omni ſtudio faueat, non omnibus opibus, ac uiribus opituletur, quem id ætatis uideat ſic euigilare in literis, ut fructus lucubrationum ſuos in commune conferat: ſic incumbere in eam curam, ut ſcriptoribus alijs, quos mendorum quaſi quædam illuuies inquinauerat, ac totos prope mutauerat, ſuum ſplendorem, formamq; reſtituat, alios in tenebris abditos iam iamq; ſitu enectos in lucem euocet, perire

non

non ſinat, atq; adeo immortalitati commendet, ut omnia loca, bibliothecas, libros peragret, ſcrutetur, euoluat. non operæ, non ſumptui, non deniq; ualetudini, atq; uitæ parcat. Quam quidem, cæteraſq; laudes animi, ingenij, ac iudicij tui mens quidem nunc ardet ſtudio perſequendi; ſed impetum reprimit pudor. Quòd enim, cum tecum loquor per literas, mihi cum præſente præſens loqui uideor, idcirco fit ut, quaſi te in os laudem, ita de te ad te ſcribens erubeſcam. Prædicabo igitur alijs quod facio, atq; in hoc animo meo penitus obſequar. Vale, & me ama. Romæ, data Non. Ian. ∞. D. XLI.

HIERONYMI FERRARII EMENDATIONES IN PHILIPPICAS CICERONIS.

Philippica prima, pagina 304.

AD VESTRVM *conſilium auctoritatemq;) Auctoritatem, libri ueteres: & ita ſcribi oportere, non ſolum grammatici antiqui docent, qui quidem hoc uocabulum ab Augeo declinatum tradunt, ſed etiam ex antiquorum monumentorum inſcriptionibus apparet.*

304 *Athenienſiumq; renouaui uetus exemplum)* Li*ber Colotianus, & alij nonnulli, Reuocaui. quod ut eijciam, uerbum proximum inferius facit. Sic in* III. *libro de Orat. Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam, moleſtiamq; renouauit.*

304 *Quod tum in ſedandis diſcordijs uſurpauerat ci-*

uitas illa) Sic liber Langobardicis literis ſcriptus, qui cum plerique conſentiunt, Quod tum in ſedandis diſcordijs erat ciuitas illa. Col. Quod tum in ſcandalis diſcordauerat ciuitas illa. Nonnulli, Quod tum in ſedandis diſcors erat ciuitas illa. Vnus, atq; alter hoc modo, Quo tum in ſedandis diſcordijs erat uſa ciuitas illa. Quæ uarietas hanc in opinionem me adduxit, ut putarem M. Tullium ita ſcriptum reliquiſſe, Quod tum in ſedandis diſcordijs ciuitas illa. Hanc autem uarietatem ab illis hominibus emanaſſe, qui ſub omnibus locis, atq; uerbis gloſſemata ſubſcribunt: qui quidem cum periodo huic aliquid deeſſe uidiſſent, atque aliud alij tanquam præteritum retuliſſent: in horum poſtea libris deſcribendis, ducti errore librarij ſuggeſta illa uerba, & tanquam adulterina cum ueris, germaniſq; contexuerunt: quæ ſenſim latius diſſeminata omneis ferè libros occuparunt. Tu tamen, ne nimium nobis ſumere uideamur, ſic tantiſper in tuis ſit, uel ut antè fuit, uel, quoniam nullis in libris ueteribus reperitur Vſurpauerat, ut in his duobus eſt, quos extremos protuli: dum librum nobis aſſentientem inueniamus.

Pag. 305 *Summa cum dignitate, & conſtantia. c.) Omnes libri ueteres commutant ordinem. ab his etiam nonnihil diſcrepant. hoc modo, Ad hunc ordinem res optimas deferebat, nihil tum in C. Cæſaris commentarijs reperiebatur, ſumma cum dignitate, conſtantia ad ea, quæ quæſita erant, reſpondebat. Quiquidem, quod ad ordinem attinet, ualde placent. placent autem propter inſequens membrum, quod ad hoc extremum multo aptius, quàm ad illud alterum quadrat: nec inſolens, ac nouum, ut duo uerba ſublata è medio coniunctione dicantur. Cic. in epiſto. ad Appium: Quoq; plura uirtutis, induſtriæ ornamenta in te ſunt. &*

in

in XIII. *Phil. Tamen eorum ora, ſermones, qui ex eo numero in urbe relicti ſunt. Niſi quod erat notum omnibus, deeſſe non abeſſe mihi uidetur. nam et recentiores retinent, & hoc, quàm illud, uerisimilius eſt.*

305 *Clariſsimo uiro*) C. V. *libri ueteres.*

305 *Senatus conſultum.*) S. C. *libri ueteres.*

305 *Alia porro propria* Dolobellæ.) Dolabellæ.l.u.& *rectè. indicant ſubſtructiones aquæductum, in quibus ita ſcriptum eſt,* P. Cornelius P. F. Dolabella.

305 Qui *illam inſepultam ſepulturam effecerant.*) Au*dio quoſdam non* Inſepultam, *ſed* Inſepulto *probare, quibus de cauſis adductos, neſcio: omnes certè libri contra faciunt.* Ego *uerò* M. Tullium *arbitror id loquendi genus ab aliquo uno ex uetuſtiſsimis illis ſcriptoribus mutuatum, aut certè poëtam neſcio quem imitatum, cuius ipſe uerſus in libris oratorijs profert,* Qua *tempeſtate* Paris Helenam *innuptis iunxit nuptijs. Eum porro à Græcis tranſtuliſſe. illi certè in hoc genere frequentes. ut illud eſt apud* Euripidē in Hecuba, νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον. *et apud* Sophoclem *in* Aiace, Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα. Vt *igitur ille nuptias innuptas appellauit, quòd in ijs ſolennia, ac iuſta nuptiarum ſeruata nō erant: ita hunc per ſimilitudinē exiſtimo funus Cæſaris inſepultam ſepulturā uocitaſſe, propterea quòd raptim, ac turbulente, non more, ac modo factum erat. quod ita fuiſſe declarant rerum geſtarum* Cæſaris *explicatores. Sepultura autem ualet interdum humationem, atq; actum ipſum, ut ita dicam, ſepeliendi: funus aliàs, & prope exequias ipſas, ut hoc loco, & lib.* II. *de legib.* Nec *de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publicè ad eam rem conſtitutus eſſet, dici licebat.*

305 *Magis, magisq;.*) *Magis, ac magis.* Liber Lang.

& alij nonnulli. utrunq; uſitatum.

305 Cum ſuis ſimilibus ſeruis.) Sui, probo.

306 Mirum mihi uideatur.) Omnes libri ueteres, Mihi mirum uideatur.

306 Nihil per Senatum: multa, & magna per ſe ipſum & abſente populo, & inuito.) Multa, & magna per populum, emendo, cum autoritate ueterum omnium librorum, qui quidem in manus meas peruenerunt, tum etiam ratione adductus: nam primum quis agebat per ſe ipſum? deinde ipſe Cicero multis in locis apertiſsimè oſtendit, Antonium egiſſe per populum. Qui potuit agere per populum (dicet quiſpiam) & abſente populo, & inuito? Qui agit per plebem concitatam, per operas conductas, per egentes, ſeditioſos, facinoroſos: is agit per populum: ſiquidem hi quoq; ſunt in numero ciuium: & rurſus per populum non agit, cum & populus, qui uerè populus appellari poſsit, conſtet ex uiris bonis, ac bene ſentientibus de Repub. & ea comitia legitima ſint, quorum autor Senatus eſt, quæ deſcriptis ætatibus, claſsibus, ordinibus habentur. Antonius igitur cum ferret leges per uim, excluſis bonis, & iure rogandi ſublato, non agebat per populum: & rurſus agebat per populum, cum ciues improbi, atq; ex numero ciuium merito exterminandi eas ſciſcerent, ac iuberent. Quid multa? audiamus Ciceronem ſimiliter loquentem in oratione pro domo ſua, An tu Populum Rom. eſſe illum putas, qui conſtat ex ijs, qui mercede conducuntur, qui impelluntur, ut uim afferant magiſtratibus, ut obſideant ſenatum, optent quotidie cædem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras.

306 Vt adeſſem Cal. Ianuarij.) Liber Lang. Kl. Ian.

306 Cum Brunduſiũ.) Liber Lang. Brundiſiũ, ſemper.

Quæ

306 *Quæ tamen mihi urbs coniunctiſſima.*) Libri ueteres, *Vrbs mihi coniunctiſſima. quæ ſtructura mihi concinnior uidetur.*

306 *Suſpicionis aliquid afferret.*) L. Lang. *Suſpectionis. ut apud* Terentium *in* Andria, *Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Suſpicio quoque, unde hoc uerbum declinatum eſt, pro Suſpectum habeo, dixit* Salluſtius: *Suſpectus, inquit, regi: & ipſe eum ſuſpiciens.*

Pagina 307 *Quæ ita mihi placuit.*) *Quæ mihi ita placuit, omnes l.u.*

307 *Nec multo poſt.*) Nec *ita multo poſt, o.l.u. qui mihi quidem redolere uidentur elegantiam* Tullianam.

307 *Etiam plus* Reip.) *Plus etiam* Reip. o.l.u.

307 Rempub. conuenturam Calend. Sextilibus: *Senatum frequentem fore.*) *Ita corrigendum eſt,* Rem *conuenturam:* Kal. Sext. *Senatum frequentem fore. Cuius emendationis habemus autorem non modo* Col. *librum, ſed Ciceronem ipſum in* x v i. *lib. epiſt. ad* Atticum, *de eadem re modo loquentem, Hoc, inquit, afferebant* Bruti, & Caſſij *edictum, & fore frequentem Senatum* Cal. à Bruto, & Caſſio *literas miſſas ad conſulareis, & prætorios: ut adeſſent, rogare. ſummam ſpem nuntiabant, fore, ut* Antonius *cederet, res conueniret.*

307 *Remiſſis Gallijs prouincijs.*) *Prouincijs Gallis,* Corlotianus, & *alij nonnulli u.l.*

326 Ex *qua* Brutus *excederet.*) *Cederet. omnes libri ſcripti. quod uerbum tamen idem ualet, quod* Excedo. *ut hic idem in* x. Philipp. *de eodem* Bruto *loquens declarat, Eundē uidi poſtea* Veliæ, *cedentem* Italia. *Et paulò infra, Cedere è patria ſeruatorē eius, manere in patria proditores.*

307 *Pulcherrimi facti conſcientia.*) *Hoc amplius o.s.l.*

Pulcherrimi facti ſui conſcientia.

307 *Neque perficere poteram.*)L.u. *partim Patrare, partim Præſtare.*Gellius quoq; *Præſtare, ſi tamen ſine mendo liber eſt,quem tamen ſequor.*

307 *Præter naturam etiam , præterq; fatum.*) Etiam, *delendum eſt,niſi libris omnibus antiquis fidem abrogamus.*

Pagina 308 *Idque nonnullo eius officio debere eſſe.*) *Sic o. l. u.* Id'que *me nonnullo eius officio debere ee, ex quibus mea quidem ſententia,ſi e modo literam in t mutaueris, omne mendum ſuſtuleris,hoc modo,* Idque *me nonnullo eius officio debere, et præ me ſemper tuli.*

308 *Ita ſine cura Conſules ſunt.*) Lang. C. *pro Conſules.* Colatianus,*Conſul.nonnulli,Conſulares. ego ſequor impreſſos.*

308 *Cumque e uia languerem.*) *Tres libri ſcripti,* De *uia, quos uehementer probo:ſiquidem ab his ſcriptores luculentiſsimi faciunt.* Plaut.*in Pſeud.* Nam *ut laſſus ueni de uia,me uolo curare.* Cic. *in Acad.* Et *niſi de uia feſſus eſſet, continuo ad nos uenturum fuiſſe.* Et *de Som. Scip.* Me *& feſſum de uia,& qui ad multam noctem uigilaſſem.*

308 *Miſi pro amicitia, qui hoc diceret.*) Qui *hoc ediceret, o. l. s.quod aures meæ multo magis probant.* Edicere *autem non modo ualet,edicto iubere : uerum etiam dicere,indicare, atque etiam enuntiare ſignificat.* Sal. Is *cum ſe diceret indicaturum de coniuratione , ſi fides publica data eſſet:iuſſus à Cos. quæ ſciret, edicere.* Cic. *de Am.* Si *prius, quid maxime reprehendere Scipio ſolitus ſit,edixero.* Plaut. *in* Men. *Omnia hercle ego edictaui.* Quid? *ſi corrigamur,* Hoc *ei diceret.omnino mollius atque uſitatius uideretur.tot librorum tamen conſenſionem pro nihilo putandam non arbitror.*

Inuiti

308 *Inuiti ſecuti eſtis.) Secuti eſtis inuiti, L. Col.oratio certè fit & numero plenior,& compoſitione lenior.*

308 *Nihil dico quis fuerit ille L. Brutus.) Nos antea tantummodo coniectura ducti,pro Quis,Cui,repoſueramus ita,ut ante, Fuerit,notam diſtinctionis apponeremus: quòd omni ſcriptura diligēter conſiderata,Cicero mihi uidebatur hoc uoluiſſe dicere,ſe nullo modo eos honores, qui dijs immortalibus deberentur,cuiquam mortuo fuiſſe decreturum. Itaque cū dixiſſet, An me cenſetis P.C.quod uos inuiti ſecuti eſtis,decreturū fuiſſe,ut decernerentur ſupplicationes mortuorum? Tum illud addidit, Nihil dico cui. non diſputo, cui hic honos haberetur, nefario.ſ. Tyranno ,ſcelerato, impio. Verùm fac fuiſſe L.Brutum exactorem regum, patriæ liberatorem:adduci tamen non poſſem,& quæ ſequuntur.Similiter autē locutus eſt in oratione pro Sext. Cur de capite ciuis? non diſputo cuiuſmodi ciuis, &c. Verum hoc antea, ut dixi, coniectura modo adductus, nunc eo magis id affirmo, quòd ſententiæ meæ antiquiſsimus quiſq; liber adſtipulator eſt.Erunt tamē fortaſſe nōnulli,quibus magis arrideat Quoius, Cuius.ſ.patrio caſu,ut ſit ſuperiori ſcripturæ conſequēs: dixerat enim Mortuorum. quæ ſententia ut reprehendi non poſſet, ſi alicuius unius libri autoritate niteretur, ita nō magnopere probanda, cum à ſcripto recedat: præſertim cum M.Tullius quibuſdam legibus ita ſit aſtrictus,ut ijs interdum tamen ſe relaxet,atq;ſoluat. ſiquis tamen id pugnaciter defendet,nos ei non ualde repugnabimus.*

Pag. 309 *Facile poſsim defendere) Poſſem,o.l.u.perſpicue rectum.*

309 *Partim timeo ne impendant) Impendeant, l.u.perſpicue rectum.*

309 *Conſulares fecit)L.Colotianus,Cōs.Lang.qui cum pleriquæ*

plerique faciunt,Conſules.quod ualde placet.

328 *Qui ſententiam loco conſulari dicunt)* L. Col. *&* *alij nonnulli,Conſulari loco dicunt.quos ſequimur, ut aſperitatem concurſus extremi uerbi cum inſequenti primo uitemus.ſic in* V I I. *Philip. Dicere in hoc ordine ſententiam* M.*Antonium conſulari loco.*

309 *In ſuſpicionē* Pop.Ro.*uenire)In ſuſpectionē,Lang.*

309 *Quod ipſum eſt turpe)* Eſſet,*nō* Eſt, o.l.u.*quemadmodum in oratione contra* Piſ. *locutus eſt*, Pro Aurelio *tribunali ne conniuente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus,ſed etiam hilarioribus oculis,quàm ſolitus eras intuente.*

309 *Qui non quid efficere poſſet)* Extra unum, *atque alterum librum, in quibus* Col. *(de ueteribus enim loquor: nam recentiores quoque cum impreſſis faciunt) reliqui ſic*, *Qui non quid in* Remp.*cogitauit, ſed quid facere ipſe deberet. Qua ſcriptura diligenter conſiderata, atque omnibus ex partibus pertentata, hanc in opinionem diſceſſi, ut huic aliquid deeſſe potius putarem,quàm impreſſæ ſuperare: cum præſertim, ut dixi, duo uetuſtiſſimi libri, atque ex omnibus minime mendoſi hinc ſentiant, & ſentētia bona ſit, ac bonis uerbis elata. tot librorum tamen conſenſionem ſilentio præterire non placuit. de eo conuenit inter omnes, quòd illud uerbum* Ipſe.*ſ. proximum à poſtremo locum tenet:quo modo quidem multo melius cadit ipſa comprehenſio.*

Pag. 310 *Benigne tamen me)* Benigne *me tamen, o.l.u.*

310 *Nihil tam eſſe in actis* Cæſaris) Nihil *eſſe tam,c.omnes l.u.*

310 *An ſi cui quid ille promiſit,id erit fixū?)*Pro *Quid, Quod, o.l.u.quod ualde placet.* In *mēbro inſequenti ueteres l.nō diſcrepāt.recentiores ferè pro* Fecit,Fecerit.*quod probo:ut duo complectatur & promiſſa,& beneficia.*Eſſet *au-*

tem planius,ſi ita dixiſſet, Quòdq; idẽ facere non potuit,ut multis multa promiſſa nõ fecerit? uerbis.ſ.coniunctione copulatis. Sed duo membra eodẽ modo paulò antè extulit, Liberatus cædis periculo paucis poſt diebus Senatus.uncus impactus eſt fugitiuo illi. c. Facere autem promiſſa, non promittere,ſed promiſſa ſeruare ſignificat. quod uel ex hoc loco facilè intelligi poteſt, & l. I I I.de Off. Promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. & I. Etiam'ne furioſo promiſſum facere?

310 *Quæ tamen multo plura reperta ſunt*) *Quæ tamen multo plura illo mortuo reperta ſunt,o.l.u.*

310 Pecunia *utinam ad ædem* Opis *maneret*) Ad opis, o.l.u.*loquẽdi modus & breuis,& elegans, & optimo cuiq; ſcriptori uſurpatus,ut ita dicant,* Ante Apollinis, Ad Martis,In Veneris,pro Ad Martis *ædem*,In Veneris *ædem.*Cic. *de eadem re loquens in ep.ad* Atti.Rapinas *ſcribis ad* Opis *fieri.* Et V I. Philip.*Sicut illam* Q. Trebellij *ante* Caſtoris. Plaut.in Pen.Ag.*quò te agis?* Ad.*ego'ne?in* Veneris. Græci *quoque hoc loquendi genus uſurpant.*

310 *Cruenta quidem illa*) *Cruenta illa quidem,o.l.u.*

310 *Si ita in actis eius fuit*) Eius,*ab omnibus l.u.abeſt.*

310 Et *toga*) Et *in toga,o.l.u.*

Pagi. 311 *Optima etiam in* Rep.)*Optima etiam* Rep. *o.l.ſcripti.& rectè.Sic etiam dicitur,*Bonis *rebus,Saluis rebus,*Optimis *temporibus.*

311 Ne *pluſquam biennium conſulares*) L. u. *partim,* Ne'ue, *partim* Neu. *quorum alterum plenum, alterum imminutum.utrunque idem ualet :utrunque uſitatum.*

311 *Acta Cæſaris ſeruari*) *Cæſaris acta ſeruari, o.l.u. cum ſtructura leuior , tum numerus Ciceroni maxime probatus:finitur enim ſpondeo,creticus huic proximus.*

Viri

311 *Viri fortiſsimi,atque honeſtiſsimi)* Viri *honeſtiſsimi, atque fortiſsimi,o.l.u.*

311 *At ſi feratis)* L.Lang. A*tque pro* At. *Scalæ,& alij nonnulli,* Ferretis.*ut ita fortaſſe corrigendum ſit,* Atque, *uel* Atqui *ſi ferretis:ſequitur enim,*Probaretis.

311 *Hic enim eſt legis iudex)* Index,*liber unus,atque alter. quod rectum eſt, & ex ſe intelligitur.* Nemo *eſt enim quin ſciat,indicem aliàs librorum,aliàs monumentorum inſcriptionem ſignificare.*Iam *quid hæc ſibi uelit in libris,atq; monumentis,perſpicuum eſt.*

311 *De ui,& de maieſtate damnati)* De *ui,& maieſtate, Lang.cæteris aſſentior.*

Pagina 312 *Iſtam legem manere)* O.*l.s.non* Manere, *ſed* Venire *probant. ego neutrum ſatis probo: nam* Manere,*de legibus latis, non promulgatis dicitur. ut de prouincijs* Conſul. Q*uare aut nobis ſtatuendum eſt legem* AEliam *manere, legem* Fuſiam *non eſſe abrogatam.* R*urſus* Venire *legem, pro* Ferri, *inſolitum atque inuſitatum.* Q*uid faciendum,inquies? cenſeo tantiſper in librorum antiquorum autoritate deliteſcendum, dum uerum inueſtigemus:ſi tamen hoc uerum non eſt: cum præſertim tam illud alterum, quàm hoc inſolens ſit.*

312 *Velletis aliquid eſſe populare)* Al*iquid uelletis eſſe, omnes l.u.nonnulli ſic emendant, uellet is.ut* Antonium *modo deſcribat.*

312 *Quæ eſt igitur ea cupiditas)* Pro Ea, Lang. H*æc.* Col.SC. *& cæteri ferè,Iſta.quos ſequor.*

312 *Quid eſt igitur aliud? quàm adhortari)* Sic Lang. *qui cum plerique libri conſentiunt,* Q*uid eſt aliud igitur adhortari adoleſcentes, ut turbulenti,ut ſeditioſi.c.*Vt *in* II.L *de* Fin.*bon.& mal.*Q*uid eſt enim aliud,eſſe uerſutum?*

Quam

312 *Quam autem ad* Reipub.*peſtem furor tribunicius impelli non poterit) Sic* L. Col. *& alij nonnulli, quem autem ad* Reipub.*peſtem furor tribunicius impellere non poterit. quod magis probo, ut hanc habeat ſententiam, Quis homo contemptus, tam'que abiectus conſtitutus in tribunatu, qui natura uehemens eſt, & uiolentus, non excitabitur ad perniciem, atq; exitium* Reip. *cum uiderit ſe armis potentiſsimi magiſtratus armatum, ijs autẽ legum uinculis ſolutum, quæ ad coërcendos furores tribunicios cõparatæ ſunt? dixit autem Furorem tribunicium, ut pro Cluent. Spiritus tribunicios, contra* Rul. *Vim tribuniciam, propriam.ſ.tribunatus, atque ei propè inſitam, atque ingeneratam.*

312 *Quid? quod abrogatur his legibus Cæſaris) Quid? quod obrogatur legibus Cæſaris, o.l.u.quod probo. etenim præter quam quòd aptius ad ſententiam conuenit: ſiquidem M. Antonius non leges Cæſaris abrogabat, ſed ijs alias leges aliqua ex parte cõtrarias ferebat: præterea, quod ſciam Legi abrogare non dicitur: nam illud apud Liuium l. 1 x. Semper antiquæ abrogat noua, ſine dubitatione mendoſum eſt: quo tamen mendo libri ſcripti uacant. pro Antiquæ enim Antiquam retinent. quod autem eſt apud illum, qui ſcribit ad Herennium, Cui legi abrogatum, uel derogatum ſit. non dubito, quin librarij mendum, atq; ibi quoque* Obrogatum, & *paulo ſuprà* Obrogatio, non Abrogatio, *ſcribendum ſit. nam cum de legibus inter ſe contrarijs controuerſiæ argumenta ſuggerat, quid tandem momenti poterat afferre lex, quæ amplius lex non erat? at ea, cuius infirmandæ cauſa lex alia lata erat, etſi tenuem, aliquam tamen defenſionem dabat: ſiquidem non penitus erat ſublata. Locum diligenter conſidera, ibis in ſententiam meam. Derogare autem legi, eſſe, quid ex lege ueteri, noua detrahere. Abrogare legem, pe-*

nitus

nitus tollere:Obrogare legi,prioris legis infirmandæ gratia aliã legẽ ferre,nemo eſt qui neſciat. Omnia cõplectitur uno uerſiculo M.Tullius, *Quod per legẽ Clodiam promulgare, abrogare, derogare,obrogare ſine fraude ſua non liceat.*

312 *De exilio reducti ſunt à mortuo)* Sunt,*nullis in L.u. reperitur. hoc amplius Col. & Gad. quòd ſingula membra eodem uerbo finiunt,hoc modo,* De exilio reducti à mortuo. *ciuitas data non ſolum ſingulis, ſed nationibus & prouincijs uniuerſis à mortuo.& quæ ſequuntur. quos mirum in modum probo : nam in alijs libris aut quid deeſſe, aut ſupereſſe mihi uidebatur : nec mihi perſuadere poteram,tam elegantem,tam'que accuratum ſcriptorem eodem uerbo primum, extremumq́; membrum concluſiſſe,medium tanquam mutilum, & decurtatum reliquiſſe. Itaq; non dubitabam,quin ex ultimo tollendum eſſet* A' *mortuo : aut ſecundum referendis iiſdem uerbis ſupplendum. quæ in duobus L.antiquis inuenta hanc opinionem mihi penitus comprobauerunt. his autem conformationibus uerborum,quis dubitat,quin optimus quiſque orator diſtinguat orationem ? aut quis hic non agnoſcit eam figuram, quæ à* Græcis ἀντιστροφὴ, *à noſtris conuerſio appellatur?cuiuſmodi eſt illud pro* Font.*Frumenti maximus numerus è* Gallia,*peditatus ampliſsimæ copiæ è* Gallia,*equitatus plurimus è* Gallia.

Pag. 113 *Quas tu mihi interceſsiones inquis?)* *Quas tu mihi,inquit,interceſsiones?quas religiones?ſic* Lang. *Col. Sc.hoc amplius* Gad. *Quas religiones nominas? ut* Plaut. *in Cur. Quas tu mihi tabellas ?quos tu mihi luſcos libertos? quos ſummanos ſomnias ? & in* Pſeud. *Quem* Pſeudulum? *quas tu mihi prædicas fallacias ? Et hic ipſe in* V I. *L.accuſ. Quam mihi religionem narras ? quam pœnam? quem Senatum?Illa tamen breuitas mihi magis arridet.*

Negligim

313 Negligimus iſta) Negligimus,l.Lang. & alij nonnulli.ut enim Perlego, ſic Intellego, ſic Neglego dicebatur, ut ex uetuſtißimis libris intelligere licet.

313 Credo illa legitima: quæ Conſules populum iure rogauerunt) Ita ſine controuerſia corrigendum eſt, Cedo illa legitima. Coss. Populum iure rogauerunt (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) populusq́; iure ſciuit. Hoc autem principium erat legum latarum. id apparet apud Frontinum de aqnæ ductibus, cuiuſdam legis uerba ſubſcribentẽ, T. (inqnit) Quintius Criſpinus Cos. populum iure rogauit, populusq́; iure ſciuit. Probus quoq; has legum notas, P.I.R.P.Q.I.S. ſic interpretatur, Populũ iure rogauit, populusq́; iure ſciuit. Eodem accedit autoritas antiquorũ librorum, qui ad unum omnes ſententiæ noſtræ ſuffragantur.

313 Quod eſt augurum: antedicere ea, quæ uitari poſſunt) Amicorum, pro augurum.o.l.u. cætera eodem modo. Quid hic augures, aut amici, aut omnino omnia hæc uerba ſibi uelint, non diſpicio: ut ualde ſuſpicer, uel dicam pro certo putem, totum hunc locum, quem ſuprà ſcripſi, interpretationem eſſe eorum hominum, qui gloſſas ſub omnibus uerbis ſubſcribunt. nam quòd dixerat, de futuris, ſuggeſſerunt (credo) elegantes illi interpretes, quod eſt amicorum antedicere ea, quæ uitari poſſunt. quæ uerba librariorum imperitia in omnes poſtea libros irrepſerunt.

313 Iraſci quidem mihi Dolabella) Sic Gad. Iraſci te quidem mihi Dolabella, Lang. & cum eo multi alij, Iraſci uos quidem. quod magis placet, ſubiungit enim, Quanquam quidem te id facturum non arbitror,

313 Quanquam quidem te) Quãquam te quidem, o.l.u.

Pagina 314. Sed promam ius, ut opinor, æquum) L.col. proponam. Lang. tamen pro impreßis ſtat: atq; uterq; qui-

dem cum ſuis tanquam adſtipulatoribus,atque aduocatis. ego Colotianum magis probo: quòd is mihi uideatur ad conſuetudinem loquendi propius accedere.

314 *Contumeliæ dixero)* Magna uarietas *in libris antiquis exiſtit: nam partim cum impreßis conſentiunt,ut* Sc. *partim,* Contumelioſe, *ut* Gad.*nonnulli* Cum contumelia,*ut* Col. *& alij nonnulli. qui omnes habent omnino quod ſequamur:nam &* Dicere contumeliam,*rectè dicitur.*Plaut.*Contumeliam ſi dices,audies.&* Cõtumelioſe:Cic.de Offic.*Cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuere, aut maledice, contumelioſeq; dicitur. &* Cum contumelia, *ut hic idem in* 11. Phil. Quid *eſt dictum à me cum contumelia?* Ego *tamen hoc extremum ſequor.*

314 *Quam ſemper in* Rep.*habui)* In Rep. *ſemper habui,o.l.u.& uerborum conſtructio lenior.*

314 *Vt à quiquſdam mihi)* Vt *mihi à quibuſdam, o.l.u. quod quidem magis implet aures meas.*

314 *Iidem illi)* Idem *illi, l.o.u.ut in ſubſtructione aquæ Martiæ ductus,*P. CORNELIVS P.F. DOLABELLA, C. IVNIVS C.F. SILANVS FLAMEN MARTIAL. COSS. EX S.C. FACIENDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT.

314 *Morbi cauſa,quàm mortis)* Lang.*Morbus. quod ſi non contemnimus,*Mors *pro* Mortis *erit reponendum.* Eodem *quidẽ modo loquitur ille qui ſcribit ad* Heren.*Cui morbus cauſa eſt, cognitorem det.* Et Liu.l.XXXIIII. Quibus *aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſæ eſſent. &* l.XXIIII. Niſi *quibus morbus cauſa erit.* Et *paulò infrà,* Quibus *neq; uacatio iuſta militiæ,neq; morbus cauſa fuiſſet.* Iudicium *tamen aurium funditus repudiat ac reſpuit: cui*

ſtand

ſtandum cenſeo.

314 *Homines nobiles)* Nobiles homine.o.l.u.

314 *Ea autem eſt gloria, & laus)* Et, à nonnullis u.l. abeſt.quàm probem,hinc poteris exiſtimare, quòd id coniectura ſuſtuleram.

314 *Expertum uideremus)* Viderem.o.l.u.

Pagina 315. *Quin mihi etiam)* L.u.partim, *Quin etiam mihi*: partim, *Cum etiam mihi.*

315 *Conſenſum illum theatri)* Nonnulli ueteres l. Conſeſſum:quod ego tamen reijcio.nam Theatri conſenſum dixit Spectatorum conſenſionem, qui uniuerſi Dolabellæ plauſerant, atq; una uoce ſignificauerant, ſe factum eius comprobauiſſe. Eiuſmodi eſt illud in I I I I. Phil. *Quòd uos quoque illum hoſtem tanto conſenſu,tantoq́; clamore approbauiſtis.* Et pro Seſt. *Quæ cõcio fuit per hos annos,quæ quidem non eſſet conducta,ſed uera,in qua populi* Rom.*conſenſus perſpici poſſet.*Et in ij.l.ep.ad Att.*Totius theatri clamore dixit.*

315 *Beneficio nouo memoria doloris ueteris abieciſſe)* Nouo beneficio memoriam ueteris doloris abieciſſe.o.l.ſcripti.& numerus plenior.

315 *Hanc tu potuiſti Dolabella)* Pro Potuiſti, notam prænominis Dolabellæ,P.ſcilicet,o.l.ſcripti etiam in his,quæ ſequuntur, inmutant ordinem, hoc modo, *Hanc tu inquam potuiſti æquo animo.c.*

315 *Cum tuũ collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpiciorũ,auguria te ipſo augure nuntiante illo primo die.c.)* Cum,ab o.l.u.abeſt.cætera ſic,Tuum collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpicia.te ipſo augure nuntiante illo primo die.c̃.Ego ſic arbitror emendandũ,*Oblitus auſpicia à te ipſo augure nuntiata.c.*Id enim hoc loco mihi ſignificare uidetur, quod in conſequẽti oratione declarat,*Cõfecto negotio bonus*

augur, Lelium diceres, alio die inquit. Et paulò infra, Augur auguri, Conſul cõſuli nuntiauiſti. Et alio loco, Quãdiu tu uoles, uitioſus Coſ. Dolabella: rurſus cum uoles, ſaluis auſpicijs creatus, Et ibidem, Si nihil eſt, cum augur his uerbis nuntiat, quibus nũtiaſti, Et in V. or. Quid, quòd cũ eo collega tulit, quẽ ipſe fecit ſua nũtiatione uitioſum? Cum igitur ſentiat Cicero, M. Antoniũ depoſitis ſimultatibus, oblitũ auſpicia, quæ augur ipſe nũtiarat, quorũ nũtiatione Dolabellã Cos. uitioſum fecerat, illo primo die, quo Senatus in æde Telluris fuit, ſuum collegã pro collega habuiſſe: hãc rem librorũ uerba mihi declarare non uidentur. ſed nihil affirmo, tantũ ſententiã meam teſtificor, quam tum affirmabo, cum unũ aliquem librũ huius adſtipulatorẽ nactus ero. illud quidẽ pro certo dixerim, non poſt mortẽ Cæſaris Antonium Dolabellæ nuntiaſſe, ſed tum, cum Dolabella iuſſu Cæſaris Conſul renuntiatus eſt: id quod Appianus, & Dion apertiſſimè oſtendũt, qui quidem memoriæ prodant, Dolabellã, ſimul ac de interitu Cæſaris certior factus ſit, ſtatim ſua ſponte ſuſceptis Conſulatus inſignibus in publicũ prodiiſſe: habitaq; ad populũ oratione tẽporibus non aliena, in Capitoliũ ad coniuratos aſcendiſſe. Hæc autẽ de auſpicijs diſputatio me loci illius pro Cluẽtio cõmonuit, Nubit generoſocrus nullis auſpicijs, nullis autoribus. In quo tu uide, ne pro auſpicijs, auſpicibus ſit reponendũ: ſiquidẽ non auſpicia in nuptijs, ſed auſpices adhibebantur. hic ipſe declarat l. i. de Diuin. Nihil ferè (inquit) quondã maioris rei niſi auſpicato, ne priuatim quidẽ gerebatur: quod etiã nũc nuptiarũ auſpices declarãt: qui re omiſſa nomẽ tantũ tenẽt. Idẽ Val. Max. tradit. de ijs Plaut. Vltro ibit nuptum: non manebit auſpices.

315 *Reip. tuus paruus filius*) *Sic l. Lang. R. tuus paruulus filius. Scalæ, K. nonnulli, Cariſſimus. plures R. P. ut impreſſi. quos, ut probè, locus ille facit in Catilinam: quem infrà ſcripſi;*

ſcripſi:Nec meam mentem non domum ſæpe reuocat exanimata uxor,obiecta metu filia, & paruulus filius:quem mihi uidetur amplecti Reſp. tanquam obſidem Conſulatus mei. Iam ſi paruulus pro paruus repoſueris,magis placebit.

315 *Qui quidem nulla in concione) Nullus pro Nulla l.Lang.ut fortaſſe corrigendum ſit,Nullius.res minuta.*

313 *Proximo,altero,tertio) Tollendus eſt (meo quidem iudicio) librarij interductus, is qui Proximo diſtinguit ab Altero,ſcribendumq́; Proximo altero,pro Poſtero die.dixit autem Alterum diem proximum,ut Terentius, Proximum uicinum:& Cicero,Pedem ſuperiorem proximum:ut Varro,Proxima ſuperiora loca.nam ſiquis alterum eſſe tertium diceret,id quod interpres Terentianus docet (ego, quid ſentiam,uidero) eius interpretatio eſſet indigna reſponſione.ſequitur enim Tertio.& quoniã agitur de Altero:illud in II.l. de Or.pag.CXXXII.Alterum minime eſt liberale,deprauatum eſt.Aliter enim pro Alterum reponendum eſt: ſuprà enim dicit, Alterum genus eſt imitatione admodũ ridiculum: ſed nobis tantũ licet furtim,ſiquãdo & curſim.deinde ſubijcit rationẽ,Aliter enim minime eſt liberale.ſed ad rem. quod ſequitur,Deniq; reliquis cõſecutis diebus, deniq; in l.u.non eſt.*

315 *Hæc iniuſta eſt) Iniuſta,l.u.res facilis.*

315 *Vt enim propter unius M.Manlij ſcelus, decreto gẽtis Manliæ neminẽ patricium.c.) Libri à uerbis ſine mendo ſunt, ab interpunctionibus mẽdoſi.ſic enim diſtinguendum eſt, Vt enim propter unius M.Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ,neminẽ. & quæ ſequuntur. Hoc docet Liuius l.VI. Adiectæ (inquit) mortuo notæ ſunt,publica una, quòd cum domus eius fuiſſet,ubi nũc ædes atq; officina Monetæ eſt, latum ad populũ eſt,nequis patricius in arce,aut Capitolio habitaret:gentilitia altera, quòd gẽtis Manliæ decreto cautum*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt, ne quis deinde M. Manlius uocaretur. Quod autē ſequitur, M. Manlium uocari licet: nulli omnino L. ſcripti M. retinent, ut uerear ne M. quæ Marcū ſignificat, abierit in Manlium.

Pag. 316 Quod uidemus etiam in fabulis, ipſis illis) Ipſi illi o. l. u. & certè unus Atreus apud Actium hæc uera tyrannica, ac deteſtabilia uſurpat. quorum autoritatem ſequimur, Dixerit, non Dixerint, ſcribendum eſt.

316 Putas'ne illum immortalitatem mereri uoluiſſe) Hæc uerba in quinq; libris uetuſtiſſimis, in quibus eſt Lang. deſunt: deſunt inquam', non abſunt. ſic enim ſentio. nam & ea Col. & multi alij ſcripti libri conſeruant: nec eiuſmodi ſunt, ut à quouis ſuggeri potuerint. etenim nec ita ualde aperta ſunt, nec ab ullo alio (quod quidem ſciam) præterquam Cic. & Plauto uſurpata. ut igitur hæc dilucida faciamus, horum ſcriptorum loca ſubijciemus. Plaut. in Bac. Quem quidē ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream. Et in Men. Neq; hodie ut te perdam, meream deum diuitias mihi. Et in Stic. Neq; ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur, ut iſtuc faciat. Cic. de nat. deo. Quid mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? De fin. bo. & ma. Quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu omnia uoluptatis cauſa facturum eſſe? Et in VI. in Ver. Quid arbitramini Rheginos mereri uelle, ut ab his marmorea Venus illa auferatur? qui Tarentinos, ut Europam in equo ſedentem amittant? Sic enim hunc locum corrigendum puto. Idem Plaut. in Muſtel. immutata loquendi forma, ſignificatione conſeruata. Quid merear, quamobrem mentiar?

316 Vt propter armorum metuendorum licentiam) Habendorum, non Metuendorum, omnes ad unum L. u. quod ſummo opere placet.

316 Miſerrimi ipſi ſunt) Miſeri. o. l. s.

Pag.317. Natum te eſſe) Natum eſſe te.o.l.s.

317 *Quid enim gladiatorij clamores innumerabiliũ ciuium?)* Gladiatoribus, *ſine cõtrouerſia corrigendum eſt: nam primùm in libris antiquis ita* Gladiatorij *ſcriptum eſt, ut in multis extrema pars ſit in litura: in nonnullis etiam, b, ſic interlitum ſit, ut perſpici poßit.* Deinde *quid eſt gladiatorius clamor? an qui edebatur à gladiatoribus? At erant ciues* Ro. *qui clamabant, an pro ingentibus, gladiatorios dixit? quis unquam ſcriptor ſic locutus eſt? quis porrò literis tradidit, gladiatores ita magna uoce fuiſſe, ut gladiatorius clamor ueniret in prouerbium? Clamores autem innumerabilium ciuium gladiatoribus, id eſt, muneribus gladiatorijs, profectò conuenit. ſenſus enim iudiciumq; populi & gladiatoribus, & ludis maxime perſpiciebatur. gladiatores autem non modo ſerui homines dicuntur, quos laniſtæ armorum artem edocebant, quiq; in foro ſeu quo alio in loco depugnabant populi delectandi gratia: ſed eodem etiam uocabulo appellatur ipſa gladiatorum ſpectacula.* Ci.9. Phil. *Circunq; eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludisq; liberos, poſterosq; eius quaq; uerſus pedes quinq; habere. & l.ij.ep.ad* Att. *Gladiatoribus qua dominus, qua aduocati ſibilis cõſcißi. & pro* Sex. Tribus *locis ſignificari maxime populi* Ro. *iudiciũ, ac uoluntas poteſt, concione, comitijs, ludorũ gladiatorumq; conſeſſu. pro* Mur. Nec *plebi* Ro. *eripiẽdi fructus iſti ſunt ludorũ, gladiatorum, conuiuiorum.* Quin *etiã locum illum in eadẽ oratione mẽdoſum puto,* Nec *ſi uirgo* Veſtalis *huius propinqua, & neceſſaria locũ ſuum gladiatoriũ conceßit huic. non enim* Glodiatoriũ, *ſed* Gladiatoribus *rectiũ arbitror: ut ſit illi geminũ, quod eſt in eadẽ oratione,* Si *gladiatoribus uulgo locus tributim, & item ſi prandia uulgo eſſent data. & in* V.l.ep. *ad* Att. Is *quærit ex me, num conſueuiſſem* Siculis *locum gla-*

diatoribus dare. Quod autem ætas Ciceronis gladiatores appellauit, id poſterior modo Gladiatorium, modo Gladiatorum munus dixit. Liuius, Munus gladiatorium datum ab ijs. Suet. in Cæſ. Dict. edidi ſpectacula uarij generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones, item circenſes, athletas, naumachiam. munere in foro depugnauit Furius. quod Munere Suetonius, Cicero Gladiatoribus profecto dixiſſet: quanquam hic etiam Munera gladiatoria in oratione de Aruſp. reſponſis uſurpat. Illud quoque annotatione non indignum eſt, ſemper gladiatores à ludis ſeparari, ob eam cauſam opinor, quòd licet huiuſmodi munera delectationis cauſa darentur, uiſum eſt tamen abſurdiſsimum, rem tam duram, ſpectacula tam crudelia tam molli, tamq; clementi uerbo notare.

317 *Quid populi uerſus?*) *Nonnulli ueteres l. concurſus. quod rectius exiſtimo.*

317 *Quid ij tribuni plebis, qui uobis aduerſantur?*) *Non Ii, ſed Iis, omnes ferè l. u. & rectè, opinor: hoc enim mēbrum aptum ex ſuperiori pendet, Quid Pompeij ſtatuæ plauſus infiniti? quid ijs Tribunis plebis? Quòd autem populus Ro. plauſum impartiri ſoleret Tribunis, cæteriſq; Magiſtratibus, ijs qui gratas ipſi cauſas complecterentur, atq; agerent, ita notum eſt, ut teſtimonio ſcriptorum non indigeat.*

317 *Quid Apollinarium ludorum plauſus?*) *Sic omnes ſine ulla omnino uarietate tam ſcripti, quàm impreſsi libri. & ego tamen & hos, & illos mēdoſos, atq; ita eſſe corrigendos arbitror: Lud. Ap. uel Apollinar. id eſt ludis Apollinaribus ſexto caſu, ut hoc illi ſit ſimule, Gladiatoribus qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſsi. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt.*

eſt.Mendum autem(ut opinor) manauit ex inſcitia librariorum, qui cum in has notas incidiſſent, Lud.Ap.*ita* Ludorum *Apollinarium interpretati ſunt, quaſi hoc explicandum ſic eſſet,* Plauſus *ludorum* Apollinarium, *uel teſtimonia potius, & iudicia populi* R.*ac non potius hoc modo,* Plauſus *uel potius teſtimonia, & iudicia populi* Ro.Ludis *Apollinaribus,qui datus erat.ſ.à populo* Ro.Bruti *nomine commißione ludorum* Ap. *Quòd autem eiuſmodi per notas ſcriberentur, ita perſpicuum eſt,ut confirmatione non egeat.*Vnum *tamen locum citabimus* x v i.l.*ep.ad* Att.*in quo etiam nunc extant horum de quibus agitur, uerborum notæ.* Vt *uenationem etiam,quæ poſtridie* Lud.Apollinar.*futura eſt,proſcriberẽt.* Quod *autem ſequitur,* Vel *teſtimonia potius & indicia populi* Ro ? *o.l.u.* Iudicia. *quod maiorem uim habet: ſiquidem hæc fallere non poſſunt, illa poſſunt. nam illud,*Vobis *parua eſſe uidebantur?* Sic *o.l.u.*Parua *uobis uidebantur?*

317 *Sexageſimo poſt anno)* L.Lang. *& alij multi pro* Poſt,*habent* Tum.Liuius *l.*v i i. *Niſi quod pacis* Deum *expoſcendæ cauſa tertio, tum poſt conditam urbem lectiſternium fuit.*

·317 *Qui ijs ludis ita caruit.)*L.Lang.*Quid ijs ſuis.*Gad. *&* Col.*Qui ludis ſuis.quam uerã, germanamq́; ſcripturam arbitror. Sic enim loquebantur antiqui, ut dicerent* Ludos *tuos,quos tu feceras:*Ludos *ſuos,quos ille fecerat.*Ci.*pro do. ſua,* Qui *antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, tuis ludis non uoce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant.& in ep. ad* Att.Vt *ſpectem ludos ſuos.*

317 *Plauſus,& clamore leniret)* Lenierit,*non* Leniret, *tres l.u.quod probo:ut tempori tempus reſpondeat.eſt enim ſuprà* Tribuerit.

317 *Carum ſuis,quibus eſt ipſe carißimus.)* Ipſe, *delen-*

dum eſt, omnibus l. antiquis autoribus. & certe ſuperuacaneum eſt.

317 *Quid eos de noſtra uita cogitare cenſetis?*) O.l. ſcripti, *Veſtra.quod uerum eſt. Dolabellam enim & Antonium deſignat. eſt autem argumentum à contrario:Si populo R.eorum uita eſt chariſſima,quos ſperant pro Rep.ac ſua libertate propugnaturos, quid de ueſtra cogitare arbitramini? quos uidet cōtrà ſe ſuis opibus uti, nihilq; prætermittere,quin Remp.opprimatis, ipſi iugum ſeruitutis imponatis.*

317 *Cœpi P.C.reuerſionis meæ fructum*) O.l.u. *Cepi fructum P.C.reuerſionis meæ.*

PHILIPPICA II.

318 *Reip.hoſtis fuerit*) *Fuerit hoſtis*.o.s.l.

318 *Qui non bellum eodem tempore*) L.Lang. *Ex eodem tempore.*

318 *Nec uerò neceſſe eſt à me quenquam nominari uobis: cum ipſe recordemini*) *Recordamini*,o.s.l.*quorum quidem conſenſus fecit,ut putarem ita ſcribendum eſſe,Nec uerò neceſſe eſt à me quenquam nominari.uobiſcum ipſi recordamini.nam ſtatim loci illius pro Cæl.uenit in mentem,Ex quibus neminem mihi neceſſe eſt nominare. uoſmet uobiſcum recordamini. Et pro Mur. Nolite à me commoneri uelle. uoſmet ipſi uobiſcum recordamini.Opinionem meam Colotianus liber comprobauit.*

318 *Tuamq; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti*) *Sic l.Col. Tuamq; à me alienationem, commendationem tibi ad impios ciueis fore putauiſti. Quem ut ſyncerum putem, non ſolum id fecit, quòd nec id uerbum eiuſmodi eſt, ut ipſum quiuis referre potuerit, & is liber ex omnibus minime mendoſus eſt, atque huic unum atque alterum librum (ut ita dicam) ſuſcribentem poſtea*

reperi:

reperi: ſed illud etiam, quod in Lang. multiſq; alijs libris ita ſcriptum offendi, Tuamq; à me alienationem tibi ad impios ciues fore putauiſti. Quo animaduerſo, pro certo habui id uerbum Gloriæ. ſ. ab aliquo eſſe ſuggeſtum, qui huic periodo aliquid deeſſe uidiſſet. Eandem autem rem iiſdem ferè uerbis dixit in V. Phil. Neminem me æquiorem reperiet, cui quidem, dum ſe ciuibus impijs commēdat, inimicus eſſe, quàm amicus maluit. Nonnulli pro Ad, Apud reponunt. quaſi uerò Ad non ualeat Apud, aut, cum habet eandem uim, non ita ualde uſitatum ſit. ſexcentos locos proferre poſſem, ſed ne multus ſim in re minimè dubia, ero contentus uno in ep. ad Att. qui huic geminus, ac ſimillimus eſt, Quæ etiam ad cæteros contempti cuiuſdam hominis commendatio. Ab eadem inſcitia deprauatus ille locus eſt in III com. belli Gallici, Quod nomen apud omneis nationes ſanctum, inuiolatumq; ſemper fuiſſet. In ueteribus enim libris non Apud, ſed Ad ſcriptum eſt.

318 Facillime detrahi poſſe) L. u. Facillime mihi. Nonnulli, Facile de me. quos magis probo.

319 Suis ſimilibus) Sui, nonnulli u. l. quod probo.

319 Se eſſe hoſtem patriæ) L. Col. Se eſſe patriæ. cæteri cum impreſſis conſentiunt: utriq; probabiles. Horum ſcriptura ſignificantior, illius concinnior ac numeroſior.

319 Quod grauiſſimum crimen iudico) Quod ego grauiſſimum, nonnulli u. l. in quibus eſt Col.

319 Contra rem ſuam ueniſſe me) In libris u. eſt ſtructura leuior, hoc modo, Contra rem ſuam me, neſcio quando ueniſſe queſtus eſt.

319 Sed hoc iccirco commemoratum à te puto) Hic locus uſque ad, At enim, deeſt in omnibus ferè libris ueteribus. ij, à quibus non abeſt, hoc modo, Cum te omnes recor

daren

*darentur libertini generum, & liberos tuos nepotes Q.Fadij libertini hominis fuiſſe.*Hoc idem obijcit in III.Phil.*Cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit uxorem, ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos.* Antonium quoque deſcripſiſſe his uerbis, quæ ſunt in XVI.ep.ad Att. *Pro certo putarem, niſi prænomina diſcreparent. quanquam credibile non eſt, quàm crebro C.& Q.in libris ueteribus reperiantur locum inter ſe commutaſſe. Hæc autem uerba ſunt, Vt ſciant παῖδες παίδων, ſine ullo Lucullano eum ex C.Fadij filia liberos habuiſſe.*

319 Nec tu ſoluẽdo eras) *Tu nec ſoluendo*, o.l.u.hoc amplius Col.*Incolumem fore putabas.* quo numero ita iuuantur aures meæ, ut non dubitem, quin ita ſcriptum ſit à Cicerone.

Pagina 320 His ſe uitam dediſſe) *His ſe dediſſe uitam*, omnes libri ſcripti.

320 Viros clariſſimos) *Clariſſimos uiros*, o.l.u.

320 Abſtinueris à nefario ſcelere) *Abſtinueris nefario*, o.l.u.ut paulò infrà, *Abſtinere maledicto.*

320 Ne te ingratus) *Ne in te ingratus*. o.l.u.res perſpicua.

320 An in illa querela) *At*, nonnulli ſcripti l.quod probo: ut eorum mentibus reſpondeat, qui hoc dicere potuiſſent, Tu quidem de interitu Reip.quæri debuiſti, ſed tamen id facere ſine ulla contumelia Antonij. Quibus reſpondet, *Quid non moderatè? quid non amicè?* Quemadmodum illud ad Cæcinnam, *Nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperius. Armorum iſta & uictoriæ ſunt facta, non Cæſaris.*

320 Quid dictum à me cum contumelia?) *Quid eſt dictum*, o.l.u.

320 Et quidem cuius temperantiæ) *Quod quidem*, o.l.u.quod tamen abiudico.

Stipa

320 *Stipatus armatis*) Armis,l. Lang. & alij nonnulli, quomodo locutus eſt in hac ipſa oratione, Ad quas te peragratis ueteranorum colonijs ſtipatum armis retuliſti. figura notiſſima.

321 *Quantum tum à me beneficium acceperit*) Pleriq; libri, Tum non habent. in quibus reperitur, ij ſic: Quantum à me beneficium tum acceperit.

321 *Qui paulum modo*) Paululum, l.u.

321 *Quid hoc eſt aliud? quàm tollere. c.*) Qui eſt aliud tollere è uita uitæ ſocietatē? omnes ferè l.u. quod ualde placet.

321 *Multa loca, ioca, corrigendũ, ut referatur ad ſeria.* ut l. ij. de fin. bo. & ma. Qui cũ ioca, ſeria (ut dicitur) qui cum arcana, qui cum occulta omnia. quod autem ſequitur, Inepta eſſe uideantur, Eſſe ab omnibus libris abeſt.

321 *Vt Muſtellæ Tamiſio*). Muſtellæ tamen ſcio, L. Lang, qui cum pleriq; conſentiunt. de hoc alio loco.

321 *Qui cum hoc ipſo tempore*) Hoc iſto. omnes l.s. quod minime diſplicet. nam præterquam quòd tot libros autores habet, ratione præterea, & ſcriptorum, qui ita locuti ſunt, autoritate nititur. Vt enim dicitur, Hic ille, hic ipſe, ille ipſe, ille iſte, ſic dicitur Hic iſte, quod conſuetudo quoq; bonorum Latinitatis autorum comprobat. Cic. pro do. ſua, Hunc iſtum otij, & pacis hoſtem. Laurentius Val. hunc locum ita citat, Qui cum iſto tempore. ſed mihi & grauiores, & antiquiores autores duo libri ſunt, ccc. non minus annis natu (ut ita dicam) maiores, quàm ipſe Laurentius.

321 *Quid oppones tandem?*) Opponas, o.l.u.

321 *Quid eſt minus. c.*) Quid enim eſt minus, partim u.l. nonnulli, Quid eſt enim minus. in hoc omnes conſentiunt, quòd habent, Enim.

321 *Quàm obijcere aduerſario, quod ille. c.*) Quàm id

obijce

obijcere,o.s.l.

Pagina 322 *Quid enim interponerem audaciæ tuæ?) Quid enim me interponerem,*L.*Col.quo modo locutus eſt in ep.ad Q.Fratrem, Me nihil interpono.Et in Verr. Cur te interponis inuitiſſimis.c.*

322 *Quam neque authoritas) Quem neq;, auctoritas o.ferè l.u.*

322 *Vlla eſſe poterat)Vlla poterat eſſe, Lang. & Col. & collocatio hæc coagmentata,illa hiulca.*

322 *Vt pro me dicentem.c.) Vt me pro me dicentem, nonnulli u.l.in queis Col.*

322 *Modeſtiamq; cognoſcitis,)Cognoſtis,l.Col.Vt pro lege Man.Vos Quirites,hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis. Et multis alijs in locis,quæ breuitatis cauſa relinquo.*

322 *Vt prouocauit) Vt prouocatus,l.nonnulli.*

322 *Vt igitur intelligeretis,qualem me eſſe conſularem profiteretur) Qualem ipſe Conſul profiteretur, o.l.u.præclarè:ut ſit,Obiecit mihi conſulatum meum, ut intelligeretis, qualem ipſe Conſul profiteretur. Confirmatione non eget. Piſoni idem obijcienti, idem propè reſpondit, Quæ cum reprehendis,oſtendis,qualis tu,ſi ita forte accidiſſet, fueris illo tempore Conſul futurus.*

322 *Quid enim conſtitui?) Sic o.l.u. Quid enim ego conſtitui? quid geſſi? quid egi?*

322 *Cuius quidem te fatum,ſicuti C.Curionem manet) Cuius quidem tibi fatum manet, o.l u.omnino impreſſi propius accedunt ad ſermonis Latini conſuetudinem.tot tamen, tamq; uetuſtorum librorum quaſi conſpirationem negligendam non putaui : præſertim cum & grammatici tradant, antiquos ita locutos eſſe , & id poëtæ neſcio cuius teſtimonio confirment, At tibi pœna manet. Quod ſi ſequimur,*

emend

emendandum erit C.*Curioni*.

322 *Vt eum primum nominem*) Primo, o.l.ſ. *quod tamen abiudico.*

322 *Placuit* L.*Catulo*) *Sic omnes ferè l.ſcripti*, Q.L. *Catulo.quod ego interpretor*, Q.*Lutatio Catulo.ut in Acad. inumerabiles* Q.*Lutatij Catuli.*

322 M.*Labeoni*)*Glabrioni, emendo. quod ex quodam loco ep.ad* Att. *licet intelligere, quo in loco horum ferè, qui hic appellantur, omnium mentionem facit, Conſularium putat leuiores fuiſſe, Catuli, Seruilij, Lucullorũ, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellij, Volcatij, Figuli, Cottæ,* L.*Cæſaris,* C.*Piſonis, etiam* M.*Acilij Glabrionis, Silani, Murenæ deſignatorum* Coss. *Hic autem Glabrio* C.*Piſonis collega fuit in conſulatu.Iam* Col.*liber ſententiam noſtram comprobat*

Pag.323 D.*Syllano*) *Sillano*, o.l.u.*ego de autoritate ueterum monumentorum, Silano.*

323 *Qui tunc erant Coss.*) *Tum*, o.l.ſ.

323 *Qui non mihi uitam ſuam, liberos, fortunas*) *Sic* o.u.*Vitam ſuam, fortunas, liberos. Quem ordinem quoque ſeruauit in Piſonem, A me ſe habere uitam, fortunas, liberos. hoc amplius, quòd Referret acceptam, non Acceptum probant.quod placet.*

223 *Qui duo è conſulari numero*)*Sic loqui ſolet Latina conſuetudo, ut dicat E numero diſertorum, amicorum, ciuium:E numero tribunorum militum, centurionum equitum: cuius rei plurima exempla apud* M.*Tullium & Cæſarẽ paſſim licet inuenire.Iam Liuius, ut propius accedam,* L.*ix.Legatos, inquit, è conſularium numero mittendos ad eum Senatus cenſuit. Et Suetonius in* T.*Veſp. Curatores reſtituendæ Campaniæ è conſularium numero ſorte duxit. Quorſum hæc inquies? ut uideas rectum'ne ſit, E numero conſulari : an*

Conſu

Conſularium pro Conſulari reponendum ſit:præſertim cum hoc & eiuſmodi cætera per notas ſcriberentur. ut ex eo facile error creari potuerit.

323 *Huius ego alienus conſilijs conſul uſus ſum*) *Huius ego conſilijs alienus.c.*

323 *Quid ad eum unquam de Rep. retuliſti?*) *Et quid,o. l.u. Ecquid ego. res perſpicua.*

323 *Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnatoni. c.*) *Tum pro Eum mihi magis arrideret: ſed o.l. refragantur.*

Pag. 324 *Qualis ſiquidem nunc eſſet*) *Qualis ſiqui nunc eſſet, o.l.u. quod probo.*

324 *Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum*) *At, L.Lang. more ueterum. de quo ita Quintilianus, Illa quoq; à multis eſt ſeruata differentia, ut Ad, cum eſſet præpoſitio, D literam, cum autem coniunctio, T. acciperet. Itemq; Cum, ſi tempus ſignificaret, per Q. ſi comitem, per C. ſi uerò Quum per duas ſequentes uu, ſcriberetur. frigidiora ijs alia, ut Quicquid C quartam haberet, ne bis interrogare uideretur, & Quotidie, non Cotidie: ut ſit Quot diebus. uerum hæc iam etiam inter ipſas ineptias euanuerunt. Hic quidem liber modo Ad, modo Ac ſine diſtinctione ſcribit.*

324 *Doleo à te iam omnibus uitijs eſſe ſuperatum*) *In libris antiquis ordo uerborum eſt immutatus, ſic, Doleo à te omnibus uitijs iam eſſe ſuperatum.*

324 *Qui autem tibi uenit in mentem*) *Quid, non Qui. o. l. u. ut hic idem locutus eſt pro Roſ. Com. Quid ita Flauio ſibi cauere non uenit in mentem? & i.l. de or. Heus tu (inquit) quid tibi in mentem uenit ita reſpondere? Plau. quoque in Trin. Quid in mentem uenit tibi, iſtæc dicta dicere? Non ignoro hunc eundem, & Terentium Qui*

pro

*pro Quapropter uſurpare,ut ibi,*Nam *qui iſthæc tibi incidit ſuſpectio? quia.c.* Mihi *tamen magis probatur* Quid.

324 Vt non modo non cohærentia inter ſe diceres) Vt *non modo cohærentia,* Lang. *cæteri cum impreßis conſentiunt. quos ſequor.*

324 *Quanta tecum tibi eſſet contentio*) *Quanta tibi tecum,o.l.u.*

Pag. 325. *Vitricum tuum in tanto fuiſſe ſcelere fatebare*) *Fuiſſe in tanto ſcelere fatebare,o.l.u.præter unum Gad. qui ſic,Fuiſſe in tanto ſcelere comprehenſum fatebare. Superiorem ſcripturam ſequor. præterquã enim quòd libros & plures,& uetuſtiores autores habet:Ciceronẽ præterea ita locutũ fuiſſe alijs in locis,inuenimus:ut pro Sylla,* Si *hic eſſet in eodem ſcelere.* Qui *autẽ bonorũ* Latinitatis *autorum ita locutus ſit,Comprehenſus in ſcelere,adhuc inueni neminem.*

325 *Ita,quod proprium meum eſt,laudaſti: quod totius ſenatus eſt,reprehendiſti) Sic o.l u. Ita quod proprie meum eſt,laudaſti: quod totum Senatus.c.* Vt *hic idem dixit in ep. fam.* Quòd *tu ipſe tam amandus es, tamq; in omni genere iucundus,id eſt proprie tuum.* Et *pro do.ſua,* Non *igitur in hoc officio, quod fuit præcipuè meum,* Et *pro* Marcello, Totum *hoc quantumcunq; eſt,quod certè maximum eſt, totum inquam tuum eſt.ualde placet.*

325 *Sed qui tantarum rerum repugnantiam non uideas*) *Tantam,o.l.u.Liber Col.*Non *qui, ſed que. nonnulli,* Quia.*quod probo. Sic enim interpunctiones ponendas arbitror: Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter: ſed quia tantam rerum repugnantiam non uideas.* Nihil *profectò ſapis.*

325 *Contra Remp. pernicioſa arma*) Reip. *pernicioſa,o.l.u. perſpicuè rectum.*

c In

325 *In quo eſt tua culpa nulla)* Nonnulla, l. Col. rectè.

325 *Quid tum? non'ne ceſſerunt?)* Incorrupta uerba, ſed perperam (meo quidem iudicio) diſtincta. Nam ſic interpungendum arbitror, Quid? tum non'ne ceſſerunt? Illud declarat, quod ſequitur, At poſtea, quod ad Tum refertur. Cic. de Prou. con. Tum inquam Byſantij, & poſtea ſigna illa, & reliqua urbis ornamenta ſanctiſſime cuſtodita tenuerunt.

325 *Operis ſubciſiuis)* Subſeciuis, Lang. Col. Sc. & cæteri l. u. operæ autem ſubſeciuæ ſunt, non principales (ut ita dicam) ſed proximæ, quas ludis, & ferijs, ſcilicet quas à functione muneris in Remp. forum, amicos, ſtudijs ac muſis damus. Dictæ (opinor) ſubſeciuæ ab ijs, quæ in agrorũ aſſignationibus ſubſeciua nominãtur: quæ ſunt tanquã aſſignatorum finium reliqua: de quibus Frontinus, Subſeciuum, inquit, eſt quod à ſubſecante linea nomen accepit. Subſeciuorum genera duo: unum, quod in extremis aſſignatorũ finium, centuria expleri non potuit. alterũ genus ſubſeciuorum, quod in medijs aſſignationibus, & integris centurijs interuenit. quicquid enim inter IIII. limites minus, quàm intercluſum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui aſſignationi ſupereſt, linea claudatur, & ſubſecetur: nam & reliquarũ menſurarũ actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, ſubſeciuum appellatur. Idem, & eo plus etiam Agennus & Vrbicus tradunt, hæc autem, ut ſcribit Higinus, diuiſionum atq; aſſignationum autores ferè ſibi reſeruabant. Ab hac ſimulitudine igitur operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, Reip. ſuperſunt atq; ex ijs eripiuntur, & quaſi ſubſecantur: quæ nobis reſeruamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, commentando, ſcribendo conſumimus, ſubſeciua nuncupantur. Quare apud Var. l. 1. de Re ruſtica. in ſubſeciuum, non ſubciſiuum, apud

M. Tul.

M. Tul. multis in locis, apud cæteros ſcriptores eodem modo ſcribendum eſt. Hæc ex Angeli Colotij theſauris deprompſimus, quem omnes à literis non alieni penè uenerari debemus, non ſolum propter eius eruditionem atq; doctrinam propè ſingularem, ſed etiam propter incredibilem quendam in hoc hominum genus amorem & charitatem: ita eius omnis gratia, opes, domus, atq; adeo ipſe totus omnibus ſtudioſis patet.

325 Sed hoc non huius temporis) Hæc, o.l.u.

Pag. 326 Spectante pop. Rom.) Inſpectante. l. Colo. & alij nonnulli. utrunq; omnino probabile. mihi tamen hoc magis arridet.

326 Negotiumq; tranſegiſſes) Negotiũ, l.u. & ita ſcribi oportere, docent inſcriptiones ueterũ monumentorum.

326 Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet) Liber Col. & alter nõ minoris uetuſtatis nõ Sub ſcalas, ſed In ſcalas. Quid uerũ ſit, diuinandũ. Aſconij tamẽ uerba ſubſcribere placuit, quæ pro Col. uidẽtur facere: Et cũ in ſcalas quaſdã Cominij fugiſſent. Hãc eãdẽ rẽ pro Mil. cõmemorat.

326 Quàm quiſquam tum) Tum, à libris V. abeſt.

326 Quid ergo? cũ res agebatur, nemo in me dixit: & tot annis poſt tu es inuentus, qui diceres) L. ueteres partim ſentiunt cũ impreſſis: partim pro Et, At: nonnulli Vt. Lang. Col. Id quod mihi aditum pateſecit ad inueſtigandũ uerum, atq; etiam (fieri poteſt ut fallar) inueniendum. ſic enim corrigendum puto, Quod ergo, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis. c. Conflati autem mẽdi cauſam cum quærerem, hanc inueniebam, quòd antiqui ut Ad, & At: Sed, & Set: ſic Quod, & Quot: Quid, & Quit: Id, & It dicebant. De Quot apparet Romæ in quodam monimento, in quo ita inſcriptum eſt. Monimentum, quot filius patri facere debue-

*rat,ipſe fecit.*De Quit,*in quadā ſanctione in æs inciſa. hæc ſunt uerba,*Id *ei ne fraudi eſto: néue quit ob eā rem populo dare debento.* De It *Cere in tabula marmorea uetuſtiſſima,in qua cum plurimis alijs hæc quoq; uerba inciſa ſunt,* IN QVO SCRIPTVM ERAT, IT QVOD INFRA SCRIPTVM EST. *Librarij igitur cum ad hunc locum ueniſſent,hac in re hæſitantes, uidentes autem,* It,*uerbū non conuenire: ut alius aliud ſenſerat, ita partim in* Et, *partim in* At, *nonnulli in* Vt *mutauerunt.quod idem opinor eueniſſe in eum locum,qui eſt in* I I I.*l.* de Leg.*quem infrà ſcripſi:* Quod *qui permouet,cum agi nihil poteſt,uim quærit,cuius impunitatem amitti hac lege quitur illud. quod ſic emendandum arbitror, Cuius impunitatem amittit hac lege.quit illud? interceſſor rei malæ.c.*Nam *cum illud quaſi caput legis interpretatus eſſet: Aſt,qui turbaſſit in agendo, fraus actoris eſto: Ad aliud huic proximum cum uellet aggredi,dixit: Quid illud? interceſſor rei malæ.c.*

326 *Præſtantiſſimo ciue)* Ciui,Lang.*& cæteri ferè.* Ciue *autem,&* Ciui *rectè dicitur: ut grammatici tradunt.*

Pag. 327 *Atq; idem ego,cum iam omnes opes ſuas, &* Reip.Pompeius *ad* Cæſarē *detuliſſet,ſeroq; eadē ſentire cœpiſſet,quæ ego ante multo prouiderā)* Sic *l.u. Atq; idē cum iam omnes opes & ſuas,& po.*Ro.Pōpeius *ad* Cæſarē *detuliſſet,ſeroq; ea ſentire cœpiſſet,quæ multò antè præuiderā.*

327 *Qui me non ſolū meis laudibus ornaret,ſed etiam honoraret alienis)* Oneraret,*o.l.u. ut* Liuius *l.* I I I I. *Laudibusq; haud immeritis onerarent,dixit:ut* Præceptis,Plautus:*commoditatibus,*Terentius*: promiſſis,*Salluſtius.

327 *Quis enim meū in iſtius ſocietate glorioſiſſimi facti nomē audiuit?)Scripti libri,partim ſic,*Quis *enim meum in iſtius facti conſcientia glorioſiſſimi.* Partim *hoc modo,*

Quis

Quis enim meum in iſtius facti glorioſiſsimi conſcientia. In eo congruunt uniuerſi, quòd *Conſcientia* non *Societate* probant. quod minimè diſplicet: ſiquidē non obijciebat Antonius Ciceroni, quòd ſocius, ſed quòd cōſcius fuiſſet. Hoc oſtendit oratio M. Antonij, ex qua locū illum, quē infrà ſcripſi, Cicero tranſtulit: M. Brutus, quem ego honoris cauſa nomino, cruentum pugionē tenens Ciceronē nominatim exclamauit. ex quo intelligi debet, eum conſciū fuiſſe. Hoc uerbum pro Cel. in eadē ſentētia ponitur, Qui nō modo à facti, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. & in VII. accuſ. Non modo eos perſequi, ad quos maxima culpa corrumpendi iudicij, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit.

327 *Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur ſocij: cum ſocij non fuiſſent*) Sic l.u. Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur: ſocij non fuiſſent. Ego ſic, Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur, qui non fuiſſent.

327 *Alter etiam Halæ*) Ahalæ, l.u. & ita ſcribi oportere, docent antiqua monimenta.

327 *Ab alienis potius conſilium peterent, quàm à ſuis? & foris potius, quàm domi?*) Domo, l. Lang. quod uehementer placet. ut Terentius, Petere cibum è flamma. & de Fin. bon. & ma. Quod poſsit è macello peti.

327 *Hanc rem in Ciliciam ad hoſtium fluminis Cydni confeciſſet*) Cilicia, l.u. perſpicuè rectum.

Pag. 328 *Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam nauis applicuiſſet*) Naui appuliſſet, o. l. u. apertè rectum.

328 *Et hos auctoritate mea cenſetis*) Cenſes, o.l.u.

328 *Idq; Reip. præclarum fuiſſe tam multos. tum multò ipſis glorioſius eſt*) Tam multos, nullis in ſcriptis l. reperitur. Itaq; ſic arbitror ſcribendum, Idq; Reip. præclarum,

fuiſſe tam multos,ipſis glorioſius eſt.Sententiam meam confirmat Col. L.*in quo pro* Tum*, ſcriptum eſt* Tam.

328 *Cur mihi potiſsimum? qui ſciebam)Libri ueteres partim cum impreßis conſentiunt: partim pro* Qui,Quid. *ego,*Quòd. *Supponit enim rationem, qua probabat Antonius,*Ciceronem *fuiſſe conſcium.Cur tibi(inquit)potiſsimum recuperatam libertatem gratulatus eſt? quòd ſciebas.* Itaq; *in extremo notam interrogandi apponerem, ſic, Cur mihi potiſsimum? quòd ſciebam? ut illud pro* Mil. *Quæ cauſa cur* R*omam properaret? cur in noctem ſe conijceret? quid afferebat feſtinatio? quòd hæres erat?*

318 *Omnes enim in culpa)* Nonnulli *u.l.*Erunt.*Quod tamen reijcio.*

Pag. 329. R*eliquorum quam uelis cauſam eſſe)*Q*uam uelis eſſe cauſam.o. l.u. quod & compoſitione mihi uidetur eſſe concinnius, & numero.*

329 *Homicidij rei ſint,an uindices libertatis)* Lang.*Homicidæ rei ſint.* Col. *Homicidæ'ne ſint.* Nonnulli *uetuſtatis non minoris, libri*, Homicid*æ ſint. nemo quidem certè (de antiquis loquor)*Homicidij.*quorum conſenſum,etſi libri impreßi plus concinnitatis mihi habere uidebantur, ſi quidem paria paribus referunt: ſilentio tamen prætereundum eſſe non duxi: præſertim cum id uerbum neq; ſuperior (quod ſciam) neq;* Ciceronis *ætas uſurparit.* Quod *ſi non contemnimus,poſtremum ſequemur.*

329 *Cogitationemq; ſobrij hominis ad punctũ temporis ſuſcipe)* L.*u.partim cum impreßis conſentiunt:pleriq;,*Punctum *tantummodo: nonnulli,*Puncto.*omnes probabiles.*

329 *Suſcipe.& ego, qui ſum illorũ.c.)* Omnes *ferè l.u.* Suſcipiet.ego.Col.Suſcipe.ego.*quod probabilius eſt.* Quidã, Etenim,*repoſuerunt.quod etiã mihi magis arrideret, ſi uel unum*

unum modo librum ſcriptum haberet autorem.

329 *Cur legatorum numerus additus*) L. Lang. & *alij multi,Eſt additus.* Col. *Numerus actus.ego Auctus emendaram.Quod poſtea neſcio cuius liber,uetus quidem certè, mihi penitus confirmauit.*

Pag. 330 *Hæc eſt ſumma concluſionis meæ: quoniam ſcelere à te liberati ſunt, ab eodem te ampliſsimis præmijs digniſsimi iudicati ſunt*) Digniſsimos iudicatos,l.Col.

330 *Quæ enim res unquam (pro ſancte* Iupiter) *non modo in hac urbe, ſed in omnibus terris eſt geſta maior? quæ glorioſior,quæ commẽdatior erit hominum memoriæ ſempiternæ?*) Erit, *inducendum eſt, mea quidem ſententia, quæ tamen unius l. ſcripti autoritate nitatur.*

330 In *huius me conſilij ſocietate, tanquam in equum* Troianum, *includi cum principibus non recuſo*) Sic o.l.u. In *huius me conſilij ſocietatem, tanquam in equum* Troianum,*cum principibus includi non recuſo.*

Pag. 331 *Quanquam quidem illud fuit, ut tu dicebas, omnibus bono,qui uni ſeruire nolebant*) Sic l. Col. *Quanquam illud quidem fuit,ut tu dicebas,omnibus bono,qui ſeruire nolebant.*Lang.& *cum eo pleriq;,* Inſeruire. *ego* Col. *ſequor: ſiquidem* Inſeruire *eſt obſequi, & omnia dicere ac facere ad uoluntatem alterius,ut tuis cõmodis ſeruias: Seruire,iugo ſeruitutis oppreſſum eſſe. id quod certè* M. Tullius *uoluit dicere.* Iam *uides, uni ſeruire,alienum eſſe.dicet enim quiſpiam, ergo pluribus, non uni ſeruire uolebant? quod abſurdiſsimum eſt. Ambitus etiam principium, ut* Col. *ſeruat,multò lenius eſt.*

331 *Qui non modo non ſeruis, ſed etiam regnas*) *Qui modo non ſeruis,* Lang. *cæteri cum impreſsis conſentiunt. quibus aſſentior.*

331 *Conturbatus mihi eſſe uideris*) *Conturbatus eſſe mihi uideris*, o.l.u.*quod placet: ut finem uerſus nimis inſignis effugiamus.*

331 *Liberabo te metu*) *Libero*,o.l.u.

331 *Ego te dico tantum gaudere*) *Tantum gaudere dico*,o.l.u.*& certè ſic uerba procliuius currere uidentur.*

331 *Atq; omne illud tempus*) *Atq; illud omne tempus*, o.l.u.*& oratio lenior.*

Pag. 332 *Florem nobilitatis,ac iuuentutis*)*Atq;*,Lang. *& cum eo pleriq;.*

332 *Ac non ij maximè, quorum ego uitæ conſulebam, ſpe uictoriæ elati obſtitiſſent*) Hoc *amplius* o.l.u. *Ac non ij maximè mihi.c.*

332 *Tu nunquam in hoc ordine*)*Sic omnes ferè l.u. Tu certe nunquam.quod ita placet, ut mihi nunc deniq; ſententia huiuſce circunſcriptionis perfecta eſſe uideatur.*

332 *De ſumma re diſſentientes*) Lang. *qui cum pleriq; conſentiunt*,*Re diſsidentes*: *De ſumma,non habet.nonnulli, De ſumma* Reip. Lang. *ſequor.*

332 *Sed & ego,quid ille:è contra ille,quid & ego ſentirem,& ſpectarem, uidebat*) *Sic* o.l.u. *Et contra ille,quid ego ſentirem. perſpicue uerum.*

332 *Ego incolumitati ciuium primum,& poſtea dignitati: ille præſenti dignitati*) Hoc *extremũ uerbum omnium l. ſcriptorum autoritate delendum eſt.*

332 *Quid uerò ille conſularis uir, ac penè diuinus*) *Sic* o.l.s. *ego tamen adduci non poſſum, ut ita ſcriptum à Cicerone putem.nam primum quis arbitretur*,M.Tullium, *cui* Pompeij *honores, uictoriæ, triumphi, uirtutes deniq; notiſsimæ erant,cum uellet eum pro dignitate nominare ſibi uiſum, hominem ſatis commode atq; honorificè appellare, ſi con*

ſi conſularē uocaſſet? deinde hæc duo ἐπίθετα quæ Græci nominant, ſimul poſuiſſe? quid enim conſulari cum diuino? Itaque hac in opinione antea fueram, ut pro Conſularis, reponendum putarē Singularis: quòd hoc uerbum optime cum Diuino cohæreret, & ijs coniunctis ſæpiſſime M. Tullius uteretur: ut in ij. l. de or. Antonij incredibilis quædā, & propè ſingularis, ac diuina uis ingenij. Nunc ſententiam muto. par autem, uel potius idē mendum huiuſce mihi mutationis cauſam dedit, atq; adeo lōge aberranti cōiectura, quaſi uiam ferentem ad uerū (ſic enim exiſtimo) deducentēq; monſtrauit. nā in XIII. Phil. in extremo, ubi eſt in impreſſis, Demandatis, literiſq; M. Lepidi uiri clariſſimi Seruilio aſſentior: ibi pro Viri clariſſimi, extra unū, qui habet has notas V. C. reliqui ueteres libri, partim Viro conſulari, partim Viri cōſularis. quo perſpecto, intellexi eaſdē notas, V. & C. ſcilicet, quæ modo clariſſimum uirū, modo Conſularem uirum ſignificant, ut docet Probus: eaſdem inquā notas, ut illo, ſic etiā hoc loco errorem imperitis librarijs obieciſſe. atq; ea cauſa cum reliquis adductus pro Conſularis uir, C. V. id eſt Clariſſimus uir, ac penè diuinus, ſi ne ulla dubitatione repoſui.

332 Qui eum Pharſalica fuga Paphum proſecuti ſunt) Perſecuti, o. l. u. ut in ep. ad Ap. Pulchrum, Qui me in caſtra, & qui trans Taurum perſequi non poſſent.

332 Erāt quidē illa caſtra) Erāt illa quidē, multo lenius.

332 Idem mœſtitiam meam reprehendit, idem iocum) Lang. qui cum plerique faciunt, Eundem iocum. nonnulli, Et idem. quod fortaſſe uerum eſt.

332 Argumento ſit, me. c.) Pro Sit me, Lang. Simul: nonnulli, Et ſimul: nonnulli, Eſt me. quod probo.

332 Hoc unum uerū crimen) Hoc tuum uerum crimen, o. l. u. ut ſuprà, Omne autem tuum crimen eſt.

Pagi. 333 *Sed qui iſtuc tibi uenit in mentem?*) *Quid, o.l.u.de hoc paulò antè diximus.*

333 *Te is,quem nunquam uidiſti*)*Sic o.l.s.Te is,quem tu uidiſti nunquam.*

333 L. Rubrius *Caßina*) L. Col. *Caſinas, alter, Caßinas.è Caßino ſcilicet oppido. atque hoc quidem probant inſcriptiones ueterum monumentorum,*T. Cl.*Caßinati coniugi bene merenti fecit* Virginia. *ſic* Romæ *in quodam ſepulcro inſcriptum eſt.*

333 *Quem nunquam uiderat , ac ne unquam ſalutauerat*) *Ac nunquam,l.u.*

333 *Vini exhalandi,non acuendi ingenij cauſa*)Non *ingenij acuendi,o.l.u.placet.*

333 Declamitas. *tũ uero adhibes ioci cauſa magiſtrum c.*)Et *uero,l.*Col.*& alij nonnulli.*

333 *In te, & in tuos dicta dicere*) Dicta, *in quibuſdam l.u.non eſt:quos ille,qui de cla.*Rhet.*ſcribit,comprobat:ſi tamen non mendoſe ſcriptus eſt.*Is *etiã hoc amplius,quòd,non,* In *te quæ uellet diceret:ſed,*In *quem uellet diceret,ſcriptum habet.l.*Col.*&* Lang.*impreſſos tuentur.*

333 *Duo millia iugerum*)Iugera,*o.l.u.*

Pag. 334 *Dicam alio loco de Leontino agro , & de Campano*) Et de Leontino *agro,o.l.u.quod placet.*

334 *Quamuis qui fortunæ uicio , non ſuo decoxiſſet*) *Quamuis quis,l.*Col.*quod placet.*

334 *Per tegulas dimittere*) Ego, Demitterere. *etſi o.l. contrà ſentiunt.ut* Liu. dec.I I I. *Multi proxima nocte funibus per murum demißi.*

334 *Tantũ enim pro te interceßiſſe dicebat*) *Sic tres l. u.in queis* Col. *Tãtũ enim ſe pro te interceßiſſe,quod minime diſplicet: ſic enim uideo* Ciceronẽ *locutum in* V I.*l.ep.ad* Att.

Att. Calcar admouet,interceßiſſe ſe pro ijs magnā pecuniā.

Pag. 335 *Iter Alexandriā)* Itur,Lang.nonnulli,Itum.

335 *Cōtra Senatus autoritatē,contra religiones)* Liber *Marcelli* Ceruini *Cardin. quē pro eius eximia uirtute, atq; dignitate cauſa honoris appello:nō* Religiones,*ſed* Religionem.*quod uehemēter probo. etenim in legendo, ac peruolutando* Cicerone *obſeruaui,quoties hanc eandē rem cōmemorat (cōmemorat autem ſæpißime) toties non aliter locutum eſſe.ut in* Piſ. *Auderet,quā prouinciam* P. *Lentulus amicißimus huic ordini,cū & autoritate Senatus,& ſorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet: eam ſibi tum adſciſcere,cum etiam ſi religio non impediret.c.Sed quid te obtundo?Sexcenta loca ſunt in ep.ad Lentulum.*

335 *Acceperam enim)*Enim,*in l.u.non eſt.*

Pag. 336 *Cuſtoditus ſum à te: tu à me obſeruatus in petitione* Quæſturæ)*Cultus pro Cuſtoditus,l.*Col.*quod placet.quod autem ſequitur, in eo nonnulli pro Obſeruatus repoſuerunt* Adiutus,*credo ob eam cauſam,quòd ijs abſurdum uidebatur,* M.Tullium,*qui multis annis natu erat maior, omnibusq; honoribus uſus,* Antonium *obſeruaſſe: quod ut ijs cōſonum uideatur,huc uerba quædam ex l. 1.de or. tranſtulimus,*Cum AEdilitatem *peteret* Craſſus,*cumq; maior natu, etiam Conſularis* Ser. *Galba aſſectaretur.* Iam *contra illos omnes libri faciunt.*

336 *Aduolas egens ad* Tribunatum) Pro Egens, *l.*Col. *habet* Eius.*quod quāquā duriuſculū mihi uideatur: quia tamen & paulò infrà dicit,* Iſte *uenditum,atque emancipatum* Tribunatum *conſilijs ueſtris oppoſuit: & liber hic non mediocris uetuſtatis eſt,præterire ſilentio non placuit.*

336 *Vt in eo magiſtratu,ſi poſſes, uitrici tui ſimilis eſſes)*Viri *tui ſimilis, o.l.ſcripti.optime.his autem uerbis* Curionem

rionẽ deſignat, qui ſuperiore anno Tribunus plebis fuerat, emptusq; à Cæſare ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. quid autem ſibi hæc uerba uelint, ex eo loco intelligere licet, Sed citò interuenit Curio, qui te à meretricio quæſtu abduxit: et tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili, & certo locauit. Sic etiam locutus eſt Poſt *red. ad ſen.*Eaq; *dixit, quæ ſi eius uir* Catilina *reuixiſſet, dicere non eſſet auſus.*

336 *Quæ in nos, fortunasq; noſtras, id eſt uniuerſam* Remp.) *Id eſt in uniuerſam, o.l.u.*

336 *In minoribus peccatis*) *Minoribus in peccatis, o.l.u. multò elegantius.*

336 Nondum *tot luminaribus extinctis*) *Luminibus, tres l. u. in queis* Col. *quod ita placet, ut non dubitem, quin hoc uerum, illud alterum ſubdititium ſit.*

Pag. 337 *Neque frequens Senatus agendo*) *Sic omnes ferè l.u.* Neque R.*eques, aut Senatus. quod tamen minime placet.* Col. *cum impreſſis facit.*

337 *Multis ante tentatis*) *Multis rebus ante temptatis, nonnulli u.l.in queis* Col.

337 *Cæſari perturbare omnia cupienti*) *Omnia perturbare, o.l.u.*

337 *Cauſam dementiſſimi ſui conſilij*) *Sui dementiſſimi, o.l.u.*

337 *Circunſcriptus eſſet Antonius*) *Circunſcriptus à Senatu eſſet. plerique l.u.in queis* Col.

337 *Sed nihil de Cæſare*(*L.s.partim* Nihil *Cæſaris, partim nihil Cæſari.*

Pag. 338 *Exequi fugam illam, cladem'q;*) *Exequi cladem illam, fugamq;, o.l.s.*

338 Vno*q; uerbo* Remp.) *Mihi omnino magis arrideret, ſi dempta coniunctione diceretur: ut* Cato *uſus eſt*: Et *ſi*

bilis

bilis atra eſt: & ſi lienes turgent: et ſi cor dolet: & ſi iecur, aut pulmones, aut præcordia: uno uerbo omnia ſana faciet, quæ intro dolitabunt. & Plaut. in Rud. quanquam hic quidem plene enuntiauit: Fraudis, ſceleris, parricidij, periurij plenus, legirupa, impudens, impurus, inuerecundiſſimus, uerbo uno abſoluam, leno'ſt. quia tamen uideo Græcos ita loqui: nam quod uno uerbo noſtri, illi ἑνὶ λόγῳ. *Plato in Lyſide,* ἂν ἀντί τινος μὴν οὕτω σε δεινῶς δι' ἀκωλύουσιν εὐδαίμονα εἶναι, καὶ ποιεῖν ὅ,τι βούλοιο: καὶ δι' ἡμέρας ὅλης τρέφουσί σε ἀεὶ τῷ δουλεύοντα, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὀλίγου ὧν ἐπιθυμεῖς οὐδὲν ποιοῦντα: *& librorum antiquorum ne unus quidem mecum facit: idcirco immutare non auſim.*

338 *In ſeminibus cauſa eſt arborum) Eſt cauſa arborum, o.l.u.*

338 *Sic iſte Reip. cauſa belli) Sic iſte huic Reip. o.l.u. quod ſummopere placet.*

338 *Reſtituebat multos calamitoſos) Damnoſos, Lang. ut fortaſſe emẽdandũ ſit, Dãnatos. hoc certe uoluit dicere.*

338 *Quod de patruo dicebatur) De patruo tuo, nõnulli. u.l. in queis Col.*

338 *Ego tamẽ, quoniam cõdemnatũ eſſe pro nihilo uis) Et ego tamen quoniã condemnatũ eſſe, pro nihilo eſt, l.u.*

338 *Hominem uero omnium nequiſſimum) Vero, omnibus antiquis l. autoribus delendum eſt.*

338 *Lege, quæ eſt de alea) O.l.u. qui tamen non ſe mihi ſatis comprobant, hoc modo, Vel lege, quæ eſt de alea.*

Pag. 339 *Nõ uero illo, & mimico nomine) Non noto illo, o.l.u.*

339 *Volumniam ſalutabant) Conſalutabant, o.l.u.*

339 *Sequebatur rheda cum lenonibus: comites nequiſſimi) Sic nõnulli u.l. Sequebantur Rheda cũ lenonibus comites*

nequiſſi

nequiſſimi.quos probo:ut pro Comitibus nequiſſimis, meritorios pueros intelligat. id quod paulò infrà apertius dicet. Ingenui(inquit)pueri cũ meritorijs, ſcorta inter matres familiâs uerſabãtur. Rheda *aũt ſit ſexti caſus:ut* Salluſtius *dixit,Equo circumiens:& alter neſcio quis,ſcriptor certe non malus,Equo ſequi.*Petrus Victorius,*quẽ honoris cauſa nomino,corrigendũ putat, Sequebatur rheda cũ leonibus : comites nequiſſimi.& me hercule opinionis ſuæ librum, illũ quidem non antiquũ, ſed tamen ſcriptum, adſtipulatorẽ habet. Arbitratur enim uir doctiſſimus,*Ciceronẽ *id ſignificare uoluiſſe,quod* Plin.l. VIII.*memoriæ prodidit, Primus, inquit, Leones Romæ ad currũ iunxit M. Antonius,& quidem ciuili bello,cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis, nõ ſine oſtento quodam,tẽpore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire coactos,prodigio ſignificante.nã quòd ita uectus eſt cũ mima Cytheride,ſupra monſtra etiã illarum calamitatum fuit.Hæc Plinius:quæ* Plutarchus,*quæ* Cicero *ipſe tradidit.Ego autem præterquã quòd pro uno illi poſſum uiginti adſtipulatores regerere,in eis treis uetuſtiſſimos : præterea, qui ita loqueretur,ut diceret,*Rheda *cum equis, rheda cum mulis, id eſt rheda mulis iuncta,neminem adhuc inueni.* Iam *uerò ut rem tam inuſitatã ac penè portenti ſimilẽ tam breuiter attingeret,nec ullos in ipſam orationis aculeos emitteret,adduci ad credendum nullo modo poſſum. Tu igitur iudicium adhibebis:idq; eliges,quod ad locum aptius conuenire iudicabis.*

339 *Difficilis eſt ſanè reprehẽſio:& lubrice uerſatus in bello eſt)Difficilis eſt ſanè reprehenſio,& lubrica.* A.l.u.

339 *Nihil de genere belli dicam)De belli genere,o.l.u.*

339 *Victor Theſſalia)*E` *Theſſalia,l.u.*

339 *Qui tunc tecum fuerunt)Tum,o.l.s.*

339 *Fac te dediſſe mihi, qđ'nõ ademiſti)Fac id te,l.* Col.

Me'que

339 Me'que à te habere uitam, quia à te non ſit erepta) Quæ à te.c.nonnulli u.l.in queis Col.

Pag. 340 Liceat nũc mihi.c.) Ne pro Nũc omnes ad unũ libri ſcripti.in primo uerbo inter ſe diſſentiunt:nã partim Liceat,partim Licet defendunt:mihi neutrũ placet:corrigendumq; arbitror,Licuit'ne:mihi enim hoc ſentire Cicero uidetur,Eſto,ſit beneficiũ, quòd me non occideris,cũ poſſes:uerũtamen,etiã ſi maxime uoluiſſem, ut uolebã, potui'ne illud tueri,cum poſtea cõuitijs me cõſcideris,atq; orationem contumelioſam in me euomueris? quod tibi certe faciendum non fuit,ſi tuũ erga me beneficium tueri uolebas:cũ præſertim me par pari relaturũ uideres.Si extrema uerba diligenter attenderis:intelliges profectò,Licuit,nõ Liceat,neq; Licet,conuenire.Sed teſtificor ſententiam meam:nihil affirmo.

340 In ſinum quidem, & complexum tuæ mimulæ) Et in complexum,o.l.u.

340 Tot dierum tibi uiam)Tibi tot dierum uiam,o.l.u.

340 In urbe auri,& argenti) Et,inducendum de autoritate omnium u.l.& elegantiæ.

340 Cum eſſet ille Alexandriæ) Cum ille eſſet Alexandriæ,nonnulli u.l.

340 Beneficio amicorum eius) Eius,à l.Col.abeſt.

340 Cũ Hippia uiuere, & equos uectigales Sergio mimo tradere)Sic l.Lang. Cũ proprio uiuere,& equos uectigales ſerio.c.Sed falſitatis(ut ita dicam)conuincitur teſtibus, Plutarcho.s. cæteriſq; rerũ geſtarũ M. Antonij narratoribus,qui iiſdẽ nominibus eoſdẽ nominant.cum aũt dicit, equos uectigales Antoniũ Sergio mimo traditurũ : hoc accipio, equos quatuor factionũ,quibus uectigal erat impoſitum,nulla pecunia Sergio locaturũ. Quòd autẽ ij penderent uectigal, declarat Aſconius,cuius uerba ſubſcripſi: Diximus iã ſuprà,

Sylle

Syllæ ludis,quos propter uictoriã fecerat, quadrigas C.Antonium, & alios quoſdã nobiles homines agitaſſe. præterea Antonius redemptas habebat ab ærario uectigales quadrigas:quam redemptionem ſenatori habere licet per legem.

340 De iniquißimo genere leuitatis) Nequißimo,l. u. *perſpicue uerum.*

340 *In cœtu uero populi)* Deeſt,Rom.*id apud* Quint.l. VIII. *apparet,Singula(inquit)incrementum habent per ſe deforme,uel non in cœtu uomere: in cœtu etiam non populi: populi etiam* Romani.*Superiora quoq; membra aliter apud eundem ſcripta ſunt : Si hoc tibi inter cœnam,& in illis immanibus poculis tuis accidiſſet:quis non turpe duceret?*

Pag. 341 Cæſar Alexandriã ſe recepit) *Sic o.l.s. ego tamen nõ dubito,quin emendandum ſit,* Alexandria:*ſiquidẽ ſimilius ueri eſt, hoc eſſe factũ à Cæſare, cum ſe* Romam *ex* AEgypto *recepiſſet, quam dum eſſet* Alexandriæ. *Sed quid ego argumentor ? id* Plutarchi *uerba, quæ infrà ſcripſi,declarabunt ,* διὸ καὶ καῖσαρ ἐπανελθὼν , δολαβέλλᾳ τε συγγνώμην ἔδωκε, καὶ τὸ τρίτον αἱρεθεὶς ὕπατος, οὐκ ἀντώνιον, ἀλλὰ λέπιδον εἵλετο συνάρχοντα. τὴν δὲ πομπηΐου πωλουμένην οἰκίαν ὠνήσατο μὲν ἀντώνιος, ἀπαιτούμενος δὲ τὴν τιμὴν ἠγανάκτει.

341 *Si quis* Reip.*ſit infelix,felix eſſe non poteſt)* L.Col. *& alij aliqui ſic :* Niſi qui Reip. *ſit infelix, felix eſſe nemo poteſt.ut fortaſſe ita corrigendum ſit:*Niſi qui Reip. *ſit felix, felix eſſe nemo poteſt. In hoc certe omnes libri ſcripti conſentiunt,quòd* Nemo *pro* Non,*habent.*

341 *Circa haſtam illam) Circum, liber unus, atque alter:in quibus* Col.

341 *Male parta, male dilabuntur)* Parata, l.Lang. *& alij nonnulli:ſed* Perperam:*niſi* Sex. Pompeio *fidem abrogamus.*

mus. Patrus (inquit) & pro Naſcendo ponitur, & pro Parato. Neuius, Male parta, male dilabũtur. Et Plaut. in Pœn. *Male partum, male diſperit.*

Pag. 342 *Carybdin dico? quæ ſi fuit: fuit animal uiuum)* Vnum, l.u. Quintilianus, & Seneca.

342 Non enim ſemper iſte felix) Ipſe, o.l.u.

342 *Vrbes & regna)* Hoc amplius, o.l.s. *Vrbes & regna celeriter.*

342 *Os importuniſſimum)* Impuriſſimũ, nonnulli u.l.ut in V. Atq; *in me abſentẽ orationem ore impuriſſimo euomit.* Vetuſtiores *tamen libri ſcripturam impreſſam comprobant.* & M. Tullius in oratione poſt reditum ad Senatum, *Si modo, inquit, uultum importunum in forum detuliſſet.*

342 *Violentus & furens)* Nonnulli s.l. Vinolentus.

342 *Neq; rebus exteris magis laudandus)* Externis, *plerią; l.u. in queis Sc. ut pro* Plãcio *locutus eſt,* Quẽ *externis, quẽ domeſticis nonnullis rebus inferiorem, quàm te.*

Pag. 343 *Illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit: ex duodecim tabulis cauſam addidit: exegit)* Omnino *mihi probantur impreſſi libri: ſi quidẽ* Plautus quoq; in Mercat. *hoc idem uidetur oſtendere,* Vxor *(inquit) uiro ſi clam domo egreſſa eſt foras: uiro fit cauſa: exigitur matrimonio.* Placuit *tamen teſtatũ relinquere, quid libri ſcripti ſentirent. nã partim* Clauſa, *partim* Claues, *partim* Clauos *ademit: nonnulli:* Adiecit: *nemo quidẽ certè* Cauſam. Quinetiam *apud* Non. Marcellum *uerbũ* Exigo *exponentẽ, atq; huiuſce loci teſtimonio utentẽ, ita ſcriptũ eſt,* Claues *ademit, foras'q; exegit.* In *ſuperioribus quoq; uerbis libri* v. *inter ſe diſſident: nam partim* Ex duodecim *tabulis: partim* Ex duodecim *tantũmodo: & certè utroq; modo locutus eſt* M. Tul. Primũ *peruagatũ eſt: alterius exẽpla ſupponemus,* Diſcebamus *enim pue-*

ri duodecim,ut carmen neceſſariū. Et paulò antè,*Iam cætera in duodecim minuendi ſunt ſumptus.*Hæc de leg.l.1 1.

343 *Dixiſſet aliquādo credo auus tuus ſe & Conſulem, & Antoniū)*Sic l.Col.*Dixiſſet,credo,aliquādo auus tuus & Conſulem,& Antonius*:ut fortaſſe ita ſit emendandum, *Dixiſſet,credo,aliquando auus tuus,& Conſul,& Antonius.*

343 *Niſi ſolus eſſes Antonius)* Sic l. Lang. *Niſi ſolus* Ant.Scalæ, *Niſi ſi ſolus Ant.*Col. *Niſi tu es ſolus Antonius.* quem ſequor.

343 *Quorum Cæſar nonnullos fortaſſe ſeruaſſet)Quos Cæſar ut nonnullos*,o.l.u.

343 *Teſtamēti,ut ipſe dicebat,filius)*Sic o.l.u.*Teſtamenti,ut dicebat ipſe, filius*.nonnulli,non illi quidē ueteres, ſed tamen ſcripti,pro *Teſtamenti*,*Teſtamento*: quod tamen abiudico.nam in 1 1.quoq; l.de leg.*Hæredem teſtamenti*,dixit.

Pag. 344 *Ac ne potuit quidem)*At,nonnulli s.l.

344 *Num ſibi ſoli uicit)*Nonnulli u.l.in queis Col.*Non.*

344 *Excluſis tuis uocibus)* *Excuſsis*, o.l.u. ſummopere placet.Idem dicit,quod his uerſibus Tibullus,

Magna loquor: ſed magnifice mihi magna locuto
Excutiunt clauſæ fortia uerba fores. Vtitur hic ipſe pro Sylla,*Qui ſi attulerint neruos et induſtriam,mihi crede,excutient tibi iſtam uerborum iactationem.*

344 *Ad prædas tuas milites miſit)* Ad pedes tuos, liber unus,atq; alter: in quibus Col. Qui quidem in hanc me opinionem duxerunt, ut emendandum putarem, *Prædes tuos*: quòd idem hoc loco mihi uidetur ſignificare uoluiſſe, quod paulò pòſt ijs, quæ ſubſcripſi uerbis, *Ne L. Plancus prædes tuos uenderet*.Antonius enim Pompeij bonis emptis de Cæſare,ei prædibus cauerat: ad quos,ut etiam ad Antonium, cum dependere nollet, miſiſſe milites Cæſarem, uerisimile

riſimile eſt. Id *argumentum etiã nonnihil ſententiam meam confirmat, quòd in loco ſuprà prolato non ſolum* Col. *ſed etiam* Lang. *& alij aliqui libri non* Prædes, *ſed* Pedes *ſcriptum habent.* Ibi *autem* Prædes *eſſe ſcribendum, apud hunc ipſum* l. XII. *ep.ad* Att. *de hac ipſa re loquentem apparet,* Heri *(inquit) cum ex aliorum literis cognouiſſem de Antonij aduentu, miratus ſum, nihil eſſe in tuis: ſed erant pridie fortaſſe ſcriptæ, quàm datæ: neq; iſta quidem curo: ſed tamen opinor propter prædes ſuos accurriſſe.*

344 *Sordidata mancipia)* Mancupia, Lang. *ut* Varro *de* Lingua Latina *in lege mancupiorum.*

344 *Profectus eſt tamen aliquando in Hiſpaniam)* Tandem *aliquando,* o.l.u.

Pag. 345 *Conſiliũ à principio reprehẽdendũ)* A' primo, o.l.s. *ut in ep.ad* Att. *Vtinam à primo ita tibi eſſet uiſum.*

345 *Tu uerò qui es?)* L. Lang. Sc. Col. Quid es? *alius non minoris uetuſtatis, qui cum recentiores ferè faciunt,* Quid *cenſes? quod probo.*

345 *Fuerit partium hæc cauſa communis)* Fuerit *hæc partium,* o.l.u. *lenior certè conſtructio.*

345 *In quæ tu inuaſeras)* Quæ tu, Lang. *& alij nonnulli. utraq; probabilis.*

345 *Hæc cum peterent armis ij, quorum erant legibus)* Repeterent, *nonnulli u.l. quod probo.*

345 *Narbonæ)* Narbone, *o.l. perſpicuè rectum.*

345 *Narbona reditus?)* Narbone, o. l. De Narbone Marcio *Cicero pro* Font. *Et* Velleius Paterculus, *qui hãc* Coloniam *deductã tradit* Porcio, & Marcio Coss. Ex *quo exiſtimari poteſt, à* Marcio Marcij *nomen traxiſſe.* Quod *autẽ ſequitur* Reditus? *& tamen quærebat: id ſic* L. Col. Reditus *eius? iã quærebat.c.* Reditus *eius, placet; tamẽ nõ* Iam *probo.*

Sic igitur corrigendum eſt, Reditus eius? tamen quærebat.

345 *Volui etiam ſi poſſem)* L.u. *Si poſſem,etiam.recte.*

345 *Nullis nec caligis)* Gallicis, Aul. Gellius.

345 *Ne tu mecum iam in gratiam redeas)* Ne tu iam *mecum.c.o.l.u.* Refer *ad aureis : probabunt.*

345 Ex *omniũ omnibus flagitijs)* Ex *omnibus omnium flagitijs,*L.Col.*& certè plus habet concinnitatis.*

345 *Quàm quod qui magiſter.c.*) *Quàm quod,à* Col. *& nonnullis alijs u.l.abeſt : quod uehementer probo.*

345 *Cum caligis)* Gallicis,Gellius.

345 Inde *Caßia celeriter ad urbem aduectus*) *Ciſio, non Cißio,emendandum eſt.breuis enim prima ſyllaba.*

Pag. 346 Ne L. *Plancus pedes tuos) Suos,aut,Habuiſti, emendandum.*

346 *Populum in te dicacem etiam reddidiſti)*Populum *etiam dicacem in te,o.l.s.*

346 *Factus ei)Factus es ei,o.l.u.ualde placet.*

346 *Impulſus , eluſus , inductus)* Impulſus , *inductus, eluſus,o.l.u.*

Pag. 347 *Vide etiã ne facilius)* Vide,*ne etiã,o.l.s.rectè.*

347 Reliqui *magiſtratus etiam inſpectionem*) Varro *de lingua* Lat.*Spectare,dictum,inquit,ab antiquo,quo etiam* Ennius *uſus eſt.* Vos *epulo poſtquam ſpexit.& quod in auſpicijs diſtributum eſt , qui habeant ſpectionem,qui non habeant.* Sex.*quoq;* Pompeius , *Spectio, inquit, in auguralibus pro aſpectione ponitur. Horum autoritate ductus octo ab hinc annis ſpectionem emendaram. opinionem meam* L. Col.*approbauit.*

347 Dixit Dolabellæ *comitia aut prohibiturũ.c.*) Dixiſſe,*o.l.s.ego,*Dixit *ſe:niſi fortè eodẽ modo dictũ eſt,ut illud pro* Roſc.Am.*Téne,cũ cæteri ſocij tui fugerent,ac ſe occultarent:*

tarent:ut hoc iudicium nõ de illorũ præda, ſed de huius maleficio fieri uideretur, potiſſimum tibi parteis iſtas depopoſciſſe? & Terentij: Seruon' fortunas meas me cõmiſiſſe futili? Et Catonis apud Gelliũ, Inſignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores, atq; carnificinas per dedecus, atq; maximã contumeliã inſpectantibus popularibus ſuis, atq; multis mortalibus te facere auſum eſſe? quod tamen non placet.

347 Implicata inſcitia) Inſcientia. Lang.

347 Si neſcit, quod augurem, nec facit. c.) L. Col. Nec ſcit, quod augurem. c. quod mihi quidem multò elegantius & concinnius uidetur.

347 Atq; illo die recordamini. c.) Atq; ex illo die, o. l. s. optime: ſiquidem non illo die ſolum, ſed ex illo die ad Idus Mart. tam abiectus fuit.

347 Secunda claßis uocatur) Vocatur, à l. u. abeſt.

347 Futurum eſſe præuideras) Prouideras, o. l. u. ſequor impreſſos.

Pag 348 Conſul Conſuli obnuntiauiſti) Nuntiauiſti, o. l. s. & certe omnibus in locis, quibus huiuſce rei mentionem facit (facit autem plurimis) ſemper Nuntiare, nunquam Obnuntiare dicit. probo.

348 Sed ne forte multis rebus geſtis M. Antonij rem unam pulcherrimam. c.) Ex multis rebus, o. l. s. aperte rectum.

348 In porticu numitia) Lang. Minuntia: nonnulli, Minuſtia: ego, Minutia, autoritate Victoris adductus. Regio (inquit) nona circum Flaminium continet, & ſtabula quatuor factionum ſex, porticum Philippi, Minutiã ueterem & frumentariã. Aliter hæc uerba ſe habent in libris impreßis: nos ea ſubſcripſimus, ut erant in libro literis Lang. conſcripto.

348 Quæ poteſt eſſe turpitudinis tanta defenſio?) Tan-

tæ,nonnulli u.l.quod ſummoperè placet.

348 *Te eſſe Conſulem*) *Conſulem eſſe,o.l.u.*

348 *Auctor regni inuetus eſſes*) A l.Col. *& alijs nonnullis* Inuentus *abeſt:& certe ſupercaneum eſt,nec dignum* Ciceronis *elegantia.*

Pag. 349 *Partē habes ſenſus*) *Senſus habes ijdem libri.*

349 *Cruentat oratio*) *Cruciat*, Lang.*& nonnulli alij: quod reijcio.*

349 *Virorum ſummorum gloriam*) *Summorum uirorum gloriam,o.l.s.& aures probant.*

349 *Quid indignius, quàm uiuere eum?*) *Sic o. l. u.* Non'ne *indignus tu tueri?* Non'ne *indignum'ſt uiuere eum, fortaſſe corrigendum eſt.*

349 *At etiam inſcribi iuſsit in faſtis, ad lupercalia* C. *Cæſari. c.*) *Aſcribi, o.l.u.optimè.* Hoc *amplius ego: quòd interualli notam non poſt* Faſtis, *ſed poſt* Lupercalia *appono ſic*, *At etiam aſcribi iuſsit in faſtis ad lupercalia,C.Cæſari.c.*Indicat *locus ep.ad* Brut.*Ego enim* D.*Bruto liberato, cum lætiſsimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemq; caſu* Bruti *natalis eſſet: decreui,ut in faſtis ad eum diem* Bruti *nomen aſcriberetur. Aſcribebatur autem quid in faſtis ad aliquem diem ſic*, Hoc *die (exempli gratia)* Brutus *erupit* Mutina: Antonius *Cæſari regnum detulit, Cæſar uti noluit.* Hoc *in faſtis antiquis apparet.*

349 *In legibus & iudicijs*) Et *in iudicijs,o.l.u.*

349 L.*Tarquinius regno exactus*) Lang.*cum eo multi alij,*L.T*arquinius regno pulſus, exactus.quo animaduerſo, pro certo putaui,* Regno *pulſus, eſſe gloſſema: ſiquidem,* Regibus *exactis, exactor regum, rectè ſine adiunctione dicitur. Sententiam meam* Col. *liber approbauit.ſic igitur emendandum*, Tarquinius *exactus.*

Sp.

349 *Sp. Caſsius, Sp. Melius*) Vltimum *prænomen à l .u.abeſt: & certè ſuperuacaneum eſt: ambobus enim idem prænomen erat.*

349 *Tum etiam tuum de auſpitijs iudicium*) Pro.*Tum*, Lang.*& cæteri ferè*, Num.*quod probo.hoc enim ſentit* Cicero, *fortunam quidem populi* Rom. *illum diem ſuſtuliſſe, non tamen iudicium* M. *Antonij ſuſtuliſſe: qui quidem interfecto Cæſare ſtatim Dolabellam ſibi collegam eſſe uoluiſſet:quo facto ſe auſpicia ementitum eſſe iudicauit.Sic igitur ſcribendum*, Num *etiam tuum de auſpicijs iudicium interitus Cæſaris ſuſtulit?*

349 *Quod ijs de rebus*) *Iis rebus*, Lang.Col.

349 *Quæ formido illa die?*) Illo *die*, Lang.*&* Col.*& rectè: ſi quid ponderis apud nos habet* Pedianus.

349 Ò *mea ſemper fruſtra ueriſsima auguria*) Ò *mea fruſtra ſemper,o.l.s. aures probant.*

Pag. 350 *Irent,& redirent*) *Irent,redirent,o.l.u.*

350 *Equidem inuitus*) Et *quidem inuitus.apertè uerū.*

350 *Non diuturni magiſter officij*) *Diuturnus,o.l.s.impreſſos tuetur ipſe* Tullius *de* Off. *cuius uerba ſubſcripſi.* Malus *enim cuſtos diuturnitatis metus.*

350 À *te non diſceſsit audacia*) O.*l.s.*Diſcedit:*& hoc quidem rectum.*

350 *Funeri tyranni illius ſceleratiſsime præfuiſti*) *Sceleratiſsimi,o.l.s.rectè,meo quidem iudicio.*

350 *Faces incendiſti,& eas,quibus ſemiuſtum latus illius eſt*) *Semiuſtulatus ille eſt*, Col. *l. præclarè.* Hoc *uerbo quoq; pro* Mil. *uſus eſt.* Inf*œliciſsimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniādum reliquiſti.* Vſtulare *dixit autor obſcœni carminis:* Ambuſtulatum *Plautus.*

350 *Vt eius omnem propter proximum.c.*) *Vt eius re-*

gni, o. l. u. quod tamen opinor eſſe gloſſema. Quod autem ſequitur, Tolleres metum: *Metum tolleres,* L. Col. *quem ſequor: hic enim numerus uiget, ille alter iacet.*

350 *Num me igitur feſellit?* Num igitur me, *o. l. u.*

Pag. 351 *Potuit ſui eſſe diſsimilis?) Sui potuit eſſe, o. l. u. multò concinnius.*

351 *Singillatim) Singulatim,* Lang. *utrunq; uſitatũ. rectè etiam dicitur* Sigillatim: *niſi omnes libri mendoſi ſunt.*

351 *Diminutum eſt) Deminutum,* Lang. Scal.

351 *Deiotaro populo* Rom. *amiciſsimo) Sic l. ſcripti,* Po. Ro. *quod interpretor, populi* Rom.

351 *Apud mortuum factus eſt gratus) Aſſentior* Vbaldino, *homini omni liberali doctrina politiſsimo, atq; acerrimo huiuſce generis exiſtimatori: qui pro* Gratus *repoſuit* Gratioſus. *nam ab impreſsis non diſcrepant libri ſcripti, qui quidem integri ſunt. hoc autẽ dixi propter* Lang. *& cæteros l. u. & multos alios non illos antiquos quidem, ſed tamen ſcriptos: quibus in omnibus deeſt (ſic enim ſentio) totus hic locus ab ijs uerbis,* Quid de commentarijs infinitis, *ad eadem ipſa uerba.*

Pag. 352 *Syngrapha ſeſtertij centies)* HS. *centies, uel ſeſtertium centies: etſi o. libri contra faciant.*

352 *Sine reliquorum hoſpitum regis ſentẽtia) Hoc amplius, o. l. s. Sine ſua, ſine reliquorũ. c. Ego ſic, Sine* Sex. *ſine reliquorum. c.* Vt *autem in hanc opinionem diſcederem, fecit ipſe* Tullius, *cuius locum hoc idem referentem ex* XVI. *ep. ad* Att. *huc rei dilucidandæ cauſa tranſtulimus:* Ecquid amas Deiotarum, & non amas Hieram? qui, ut Bleſamius uenit ad me: cum ei præſcriptum eſſet, nequid ſine Sexti ſententia ageret, neq; ad illum, neq; ad quenquam noſtrum retulit.

352 *Ciuitates locupletiſsimæ Cretenſium uectigalibus*

libe

liberantur) Vectigalibus, inducendũ, non ſolum omnibus l.s. ita ſuadentibus, uerùm etiam ratione cogente: ſiquidem ſcriptores, quibus primæ ſermonis Latini deferuntur, non aliter unquam locuti ſunt. Cic. in proxima Phil. Vendiderit immunitates: ciuitates liberauerit. & v. Regna data: populi, prouinciæq́; liberatæ. & de prouincijs Conſularibus, Vectigales multos, & ſtipendiarios liberauit. Sic Liberare agros, publica, ſeruos, ſine adiunctione dicitur.

352 *Omnino ullius rei nemo fuit emptor) Tres l. u. in queis Col. Omnino nemo ullius rei fuit emptor. quos probo.*

Pag. 353 *Qui ſimili in calamite fuerint) Lang. & alij nonnulli, Simili calamitate. & certe hic idem ſimiliter locutus eſt pro Syl. Pari calamitate qui fuerant.*

353 *Auſpicia tuorum ſunt) Sunt tuorum, o. l. u.*

353 **Quid metuiſti? credo ne ſaluo capite negare non poſſes) Sic omnes ferè l. u. Quem metuiſti credo ne ſaluo capite negare non poſſes. Omnino hic locus mendo non uacat. Quid enim frigidius hac ſententia? Credo ne ſaluo capite negare non poſſes. Quid dico frigidius: imò uerò cum ſuperiori non conſtat: nã ſi ita dixiſſet, Non enim interuenire uoluiſti: aliquo modo inter ſe fortaſſe conuenirent: cum autem, Interuenerit: pugnantia ſine dubio loquitur. Quid, ſi Necare pro Negare reponatur? Scribit enim l. III. Liuius, L. Valerium, & M. Horatiũ Coſs. lege ſanxiſſe, ut quid Tribunis plebis, AEdilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet. ut hæc ſit horum uerborum ſententia, Cur non paſſus es, eum fieri VII uirum diuidundis agris? nullam ob aliam cauſam credo, niſi ut quem omnibus contumelijs, ac probris affeciſti, hunc etiam ſaluo capite necare poſſes. id quod facere non potuiſſet, ſi factus eſſet VII uir: ſiquidem ſacroſancti ſunt. Sic enim & haberet neſcio quid ſubmoroſi,*

moroſi, atque ſtomachoſi ſententia: & eidem ſubeſſet aliud dicentis, ac ſentientis diſsimulatio, ea quam Græci εἰρωνείαν uocant: nam cum aliud dicere uideatur, hoc tamen ſentit, Antonium *eas opes per uim, eam potentiam ſibi paraſſe, ut quenuis occidere poſsit impunè: eſſe porrò tanta importunitate, impotentia, immanitate præditum, nihil ut ei inuiolatum, nihil ſanctum, nihil auguſtum eſſe uideatur.* Sed non *liquere pronuntiemus: præſertim cum & omnes libri contra me faciant: & dubitem, utrum* Liuius *de* Decemuiris *litibus iudicandis, an colonijs deducendis loquatur.* Quid *autem ſibi uelit, Saluo capite, apparet in oratione pro, Cæcin. Cæcinnæ placuit, & amicis, quoad ſaluo capite fieri poſſet, experiri. & pro* Cluen. *Si id prætermittere ſaluo capite ſuo potuiſſet.*

353 *Si ulla pietas in te)* Si *in te ulla pietas,* Lang. *& cæteri: & lenior conſtructio.*

353 *Alia conditione quæſita)* R*ectiſsimè: nec libri ſcripti ab impreſsis diſcrepant: quidam tamen pro* Alia, *Falſa repoſuerunt: quaſi uerò non* M. Antonius *eiecta* Antonia, *Fuluiam ſibi deſponderit.*

353 *Odij cauſam)* O. *l. u. Cauſam odij.*

353 *Cur approbantur?)* Probantur, *o. l. u.*

Pag. 354 *At quàm nobilis eſt tua illa peregrinatio?)* Atque *nobilitata ſit tua illa peregrinatio, o. l. u. ego ſic,* Atq; *nobilitata: & quæ ſequuntur, eodem modo. hoc enim membrum ſuperiori connectendum eſt: notaq; illa, quæ poſt* Tol*latur eſt, quæq; demonſtrat ſentētiā eſſe terminatam, tollenda. illa aūt ſubdiſtinctionis quàm Grammatici uocant, apponenda: ut hæc ſentētia ſit:* Tu *Capuæ minitaris: utinā conere: ut illud, penè, tollatur, et, te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit.* Id *enim ſignificat, quod* x i i. Phil. *declarat,* V*eſtrū hoc conſiliū* Capua *probabit? quæ temporibus his* Roma *al-*

tera

tera eſt. Illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. Illi inquam urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius.

354 *Glandiferæ, & fructuoſæ ſerebantur*) Lang. pro Glandiferæ, Grandifacere. nonnulli, Gracifice. alij Grandifere. Grandifacerent, alij. Locus meo *quidem iudicio ualde deprauatus.*

354 *Ab hac religionum perturbatiõe*) L.*u. partim ſic, Ab hac perturbatione religionum:nonnulli,Ab hac perturbatione regionum: quos etiam magis probo: ut non ad auſpicia referatur,ſed ad id, quòd territorium Capuæ minuerat,Caſilino'que attribuerat. Si quis tamen illud alterum ſequatur, non repugnabo. illud enim cum eo facere uidetur, quod ſuprà dixit,* Omni *auſpiciorum iure turbato Caſilinum coloniam deduxiſti.*

Pag. 355 *Tu te liberauiſti*)Lang.*& cæteri ferè,* Tute *te liberauiſti.quod minime diſplicet.*

355 Q*uod ſi etiam ſcripſit*) Q*uid,o.l.u.*

355 *Gladios illos parumper*) Parumper *illos,o.l.u. ſed endecaſyllabus penè integer efficitur.*

355 *Es perbacchatus*)*Eſt,*Lang.*& cæteri ferè.*

355 Q*uæ cogitabãtur?*)In *l.ſcriptis nõ ſunt hæc uerba.*

355 *Caſilino ſalutatum ueniebant*) *Caſino,nonnulli u.l.* ego,*Caſsino:nam uerisimilius eſt, Caſsino,quod oppidũ propè erat in conſpectu,ueniſſe ſalutatum,quàm Caſilino,quod multis millibus paſſuum aberat à Caſsinate fundo.*

355 *Obſolebant dignitatis inſignia*) Obſoleſcebant, l. Col.*quod probo.*

Pag. 356 *Sed tum nimis inter omnes conſtabat*) *Sic liber* Col. Et *ſimul unum eſt inter omnes.c.*Lang.*Sc.& cæteri, Simul inter omnes. ut ita fortaſſe corrigendum ſit,*In*credibile dictu'ſt,tamen inter omnes.*

Gladia

356 *Gladiatorum eſt princeps) Gladiorum,l.* Col. *ea figura ſcilicet, qua* Poculorum *dixit. de his in l.* XVI. *ep. ad Att. Anagnini ſunt Muſtella* ταξιάρχης, *&* Laco *qui plurimum bibit.*

356 Vt *Baſillum)* Baſiliū, *Lang. rectè.* De *Baſilio* Dion, *&* Cæſar.

356 *Cæſarem regnantem)* Hoc *amplius, omnes l.s.* Modo *Cæſarem regnantem. ut in* V. *Cinnam memini: uidi Syllam, modo Cæſarem.*

356 *Sed tamen abſconditi) Sed ij abſconditi, l.* Col. *quod mihi magis arridet.*

356 *Ita uero quæ, & quāta barbaria eſt?)* Sic *o.l.s. præter unum* Col. *qui hoc modo, Iſta uero quæ, & quanta barbaria eſt? agmine quadrato tum gladijs ſequuntur: ſcutorum lecticas portari uidemus. Quæ ſcriptura ſi non omnino incorrupta, atque uera eſt, ad ueram certe propius accedit, multoq; minus deprauata eſt: nam illa quidem extrema uerba, non dubito, quin ſine mendo ſint. id apparet ex* Phil. V. *At hanc peſtem agmen armatorum ſequebatur:* Claßitius, Muſtella, Tiro, *gladios oſtentantes, ſui ſimiles greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij: cum autem erat uentum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur: non quo ille ſcuta occulta eſſe uellet, ſed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent.* Ex *quo uidere licet, eos, qui in libris pro* Lecticas Sicas *repoſuerint, lapſos eſſe.* Dixit *autem feſtiue* Lecticas *ſcutorum, tanquam de aliquo uaſe loqueretur: ut* Plautus, Cadum *uini: hic ipſe,* Fiſcinam *ficorum.*

Pag. 357 *Alias ut tolleret promulgauit)* Extra Col. *ſic reliqui s.l. Alias ut tolleret, promulgatas promulgauit. quod minime diſplicet: ut ſit, Alias leges ſuſtulit ſine promulgatione:*

gatiõe:ut tolleret alias,promulgauit promulgatas,quas Cæſar.ſ.antè promulgarat, & tulerat. De hac re in prima, Ac *de his tamẽ legibus,quæ iã promulgatæ ſunt,ſaltẽ queri poſ ſumus:de his,quæ iam latæ dicuntur,ne illud quidem licuit.*

357 *Tu illum,tu illũ amas mortuum?*) Autoribus o.l.u. *hæc uerborum geminatio tollenda eſt:& mehercule,ſi diligenter attẽderis,te offendet:ſiquidẽ fit in ſecundo membro.*

357 *Simulacrum,faſtigium,flaminẽ*) L.*ſcripti in magna uarietate uerſantur: nã partim* Faſtidiũ, *partim* Faſtigium, *nonnulli tamen* Faſtigiũ*: & hoc quidẽ rectè.* L.Florus *indicat*,Itaq; *non ingratis(inquit)ciuibus omnes in Cæſarẽ congeſti honores,circa tẽpla imagines, in theatro diſtincta radijs corona,ſuggeſtus in curia,faſtigium in domo:ut fortaſſe, quod noſtra lingua* Baldachinum, Faſtigium *Latina nominaretur,à forma (ut opinor) ducto nomine.*

357 *Num,hodiernus dies quis ſit,ignores*) *Qui ſit*,o.l. *s.ut in* Verr. *Qui eſſet,ignorabas: ſpeculatorem eſſe ſuſpicabare*.Et Var. *Ab ſuis,qui ſit,ignoratur.*

357 *Te autem ipſum*)*Te ipſum autem*,Lang.*&* Sc.

357 *Paſſus es*) Es,*à* l.u.*abeſt.*

357 *Expecto eloquẽtiã*)*Expecto enim eloquentiã*,o.l.u.

357 *Ille nunquam concionatus eſt nudus*) *Ille nunquam nudus eſt concionatus*,l.u.

357 *Reſpondebis'ne ad hæc?*)*Reſpõdere,nonnulli* u.l.

Pag. 358 *Ex tã lõga oratiõe,cui te reſpõdere cõfidas?*) *Ex tã lõga oratiõe mea, cui te reſpõdere poſſe cõfidas?*o.l.u.

358 *Sine armatorum præſidio*)*Sine armorum*,Lang.

358 *Non potes eſſe,crede mihi,diuturnus*)*Sic nonnulli,* Non potes,*mihi crede, eſſe diuturnus. alij, ut* Sc.Non potes *eſſe,mihi crede,diuturnus. quod probo:alterum enim uincit iucunditate numeri,alterum concinnitate orationis.*

Populo

358 *Populo Ro. penſionem tertiam*) Reipub. *tertiam penſionem,o.l.u.*

358 *Poſtremum malorum omnium*) Malorum *omnium poſtremum,*Lang.

358 *Sed morte etiam repellẽdum*) *Sed etiam morte repellendum,nonnulli u.l.*

358 *Qui tamen rex fuit*) *Qui tum, o.l.u.* pro Liceret, *nonnulli* Licebat.*quæ placent.*

Pag. 359 *Conſecuti ſunt*)*Sint,Sc.l.quod probo.*

359 *Tamen mortali immortalitatẽ*) Mortali,*delendum: ſiquid ueterum l.conſenſus,atque autoritas ualet.*

359 Recordare *igitur*)Igitur, *iiſdẽ autoribus delendũ.*

359 *Cum nummatione*) Nõnulli *u.l.cum numeratione.*

359 *Laudis guſtum*)*Guſtatum,l.*Col.

359 *Crede mihi*) Mihi *crede,o.l.u.*

359 *Quid eſt autem multos dies, & noctes timeri à ſuis?*)*Quæ eſt autem uita, dies & noctes timere à ſuis?l.*Col. *in quo Ciceronem ipſum uideor agnoſcere.*

359 *Niſi uerò maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit ex ijs,à quibus eſt interfectus. An tu es ulla re cum eo cõparandus?*) Sic Lang.*& cum eo plerique,* Niſi *maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit,à quibus eſt interfectus: aut tu es ulla re cũ illo comparãdus.*Liber *unus,atq; alter,in queis* Col.*ſic,* Niſi *uerò aut maioribus. cætera eodem modo. quem ita præter cæteros probo, ut tamen multo magis fuiſſem probaturus, ſi pro aut,*Tu,*habuiſſet:aut certe hoc amplius, ſic,*Niſi *uerò aut tu maioribus. cætera placent.* Exemplo *enim* Cæſaris *confirmat, ſuos eum diutius non laturos: idq; ratione duplici:Aut amici(inquit)tyrannorum beneficijs in officio contineantur, aut prudentia, & quadam autoritate rerum geſtarum:*

rum: ſi beneficijs: ille multo maioribus, quàm tu tuos, quoſdam ex ijs, à quibus occiſus eſt, deuinctos habuit: ſi prudentia, & rebus geſtis: ijs etiam multo plus ualuit.

359 *Non multos annos regnare eſt meditatus)* Non, antea nos cõiectura ſuſtuleramus: quòd mihi dubium non erat, quin aliud Cicero ſentiret, atque illa uerba dicebant: nunc ad coniecturam libri Col. acceßit autoritas.

359 *Quod cogitauerat effecerat)* Cogitarat, idem l. & oratio numeroſius, & procliuius currit.

Pag. 360 *Hoc tantũ boni eſt)* Hoc tamen boni eſt, o. l. s. ut illud pro Rabir. Poſthumo, *Quæ quidem in rebus miſerrimis huic tamen tribuenda eſt maxima.* & in Ver. *Quibus iniurijs grauißimis: tamẽ illud erat miſerum ſolatium.* c. Idem mendum eſt in oratione Diuitiaci apud Cæſarem: *Quòd ſoli ne in occulto quidem queri, & auxiliũ implorare auderent: abſentisq́; Ariouiſti crudelitatẽ, uelut ſi coràm adeſſet, horrerent: propterea quòd reliquis tantum fugæ facultas daretur: Sequanis.* c. Vt Tamen pro Tantum reponatur, non modo ſententia poſtulat, ſed etiam u. libri autores ſunt.

360 *Vtinam aliquando dolor populi Rom. pariat)* Non Vtinã, ſed Vt, o. l. s. quod uehementer placet. hoc enim membris ſuperioribus aptum, & colligatum eſt: ut habeant hanc ſententiam, *Non dubitarẽ uel ad uoluntariam mortem proficiſci, modo interitum meum quamprimum libertas conſequeretur.* & id ob eam cauſam, ut quam rem Populus Ro. tandiu concupiſcit, eius aliquãdo compos fieret. Omnino qui ſuperiorem, inferioremq́; ſcripturam diligenter conſiderabit, is uidebit, non Vtinam, ſed Vt, conuenire.

PHILIPPICA III.

Pag. 361 *Adſunt Calendæ Ianuarij)* L. Lang. & alij aliqui, Aſſunt: ut pro Quint. *Certe aut apud te, & eos, qui*

tibi aſſ

tibi aſſunt. Veteres quidē illos antiquos ita locutos eſſe,declarat Plautus *in* Pœn. Heus *Milphio ubi es?* Mil. *Aſſum apud te:eccum.*Hag.*at ego elixum uolo.*

361 *Quouſque enim*)*Quo enim uſque,o.l.u.*

Pag. 362 *In ſalutem* Reip. *collocauit*) *In ſalute,o.l.s. & ab his conſuetudo facit.*

362 *Habenda tamen eſt*) Hoc *amplius, o. l. s.* Habenda *tamen tanta eſt.*

362 *Crudelitatis eum*) Eum *crudelitatis,o.l.u.*

362 *Vt de illius beneficio poſſemus, quæ ſentiremus, libere dicere*) *Vt illius beneficio,tres l.u.in queis* Col.*quod ita probo,ut minime dubitē, quin ita ſcriptū ſit à* Cicerone.Hoc *enim ſentit* M.Tullius,*Cæſari autoritatem eſſe tribuendam: non quo tum primum poteſtatem haberēt dicendi,quæ uellent,de beneficio illius: ſed quia beneficio illius factum erat, ut* Senatus *liberè poſſet ſententiam dicere. Sic autem loquitur optimus quiſque* Latinitatis *autor, ut dicat,* Meo *beneficio uiuit:*Meo *beneficio patriam uidet:* Beneficio *tuo liberè poſſumus dicere,quæ ſentimus.*

362 *Quis enim unquā fortior?*) Eorundem *librorū beneficio inueteratum mēdum ſuſtulimus:nā ſic illi,* Quis *enim unus fortior,ac amicior unquā* Reip. *fuit,quàm legio* Martia *uniuerſa? Vides profectò,quàm belle inter ſe reſpōdeant* Quis *unus,& Vniuerſa legio.* Eodem *modo locutus eſt pro* Do. *ſua,* Et *tu unus peſtifer ciuis eum reſtitutum negas eſſe ciuem,quem eiectum uniuerſus* Senatus *non modo ciuem,ſed etiam egregium ciuem ſemper iudicauit?* Et in Ver.*Nō una te,ſed uniuerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus ac teſtimonijs publicis perſequuntur. & in* 11.Philip. *Cum tu unus adoleſcens uniuerſum ordinem decernere de ſalute* Reipub.*probibuiſti.& in* 1.l.ep.ad Q. Fra.*Cui ſemper uni magis,*

magis, quàm uniuerſis placere uoluiſti.

Pag.363 *Comes eius eſſe amentiæ noluit) Comes eſſe eius amentiæ noluit,liber unus,atq; alter: in queis* Col.

363 *Aut fortiorum uitiorum)* O.l.s. Fortiorem *uirorum.ſed mendum mea quidem ſententia librariorum eſt.quis enim dixit unquam,*Ciuitatem *fortem uirorum?at illud alterum & elegans, & uſitatum eſt.*Cic.Phil.I I I. *Albæ conſtiterūt,in urbe oportuna,munita,propinqua,fortiſſimorum uirorum, fideliſſimorum ciuium, atq; optimorum, &* X I. Introitus *in Smyrnam,quaſi in hoſtium urbem,quæ eſt fideliſſimorum, antiquiſſimorumq; ſociorum.* Et *in hac eadem oratione,* Quodq; *prouinciam* Galliam *citeriorem, optimorum & fortiſſimorum uirorum.*

363 *Geſſit,& gerit)* Et *geſſit,& gerit.*Lang.

363 *Laudetur,& teſtimonio) Laude, & teſtimonio,*L. Col.*quod probo.*

363 *Libertatemq;* Populi Ro.) Q*uæ delendum autoribus o.l.s.& rectè: ut omnia diſſolutè dicantur.*

363 Retenturum *in Senatus* Populiq; R.*poteſtate)* Po*teſtatem, o.l.u. impreſſos tuetur ipſe* Cicero *in hac eadem oratione in extremo,* Exercitum *in Senatus poteſtate retineat.nec in hoc conſuetudo uaria eſt.* Veteres *autem l.cum autoritas ſua: tum illud etiam defendit,quòd ut* Eſſe *in mente,& in mentem,*In *poteſtate & in poteſtatem,* Relinquere *in medio & in medium rectè dicitur: ſic* Latinè *loquendi rationis lineas (ut ita dicam) tranſilire non uidetur, qui* In *poteſtatem retinere dicat.*

363 Q*uàm eſt repulſo* Antonio) Lang.Q*ui etiam nonnulli,* Q*ui cum, ut ita fortaſſe corrigendum ſit,* Q*uàm eſt iam repulſo.*

Pag.364 *Non crudelis, non impius)* Non *crudelis, im-*

pius, o.l.u.ut hoc uerbum, impius.ſ.eſſe gloſſema, coniectura ducar ad ſuſpicandum.

364 Maiores noſtri) O.l.s.Id maiores noſtri.quod uehementer placet.

364 D.Brutus ſceleratum, atq; impium regnare patietur Antonium?) Sic o.l.ſcripti, D.Sceleratum atq; impium regnare patietur?quid,c.& rectè:ſiquidem quod ad primum attinet, nihil erat, quòd inculcaret, quod ſemel dixerat: dixerat autem, L.Brutus:ut nihil opus fuerit præter prænomen apponere.Alterum,ſi ita dixiſſet,L.Brutus Tarquinium regem ſuperbum non tulit,ſuperuacaneum non eſſet:ſic enim paria paribus reſpondiſſent: quod quando non dixit, Antonium omnino delendum eſt.

364 Nec tum,ut Antonio Senatum habenti)Tamen,non Tum,o.l.s.quod placet.

364 Collega una referente) Hoc amplius L.Col.& reliqui ferè Referente eo quem.c.

364 Tam inſigniter impudens) Inſignite, o.l.s. conſuetudo utrunq; probat: aurium iudicium, & uerborum conſtructio magis,Inſigniter.

364 Inter ciues illius appendebatur aurum) Sic L.Col. Inter quas illa pendebatur. alter, Inter quas illa. Ego nihil addo de meo: quæ ſunt diſtracta, coniungo:Quaſilla, corrigo, id enim mihi ſignificare uidetur hoc loco, quod in II. Phil.declarat:Syngrapha (inquit) HS.centies per legatos uiros bonos,ſed timidos, & imperitos ſine Sex.ſine reliquorum hoſpitum regis ſententia facta, in Cynecæo,quo in loco plurimæ res uenière, & ueneunt. Atq; etiam apertius in V. In interiore ædium parte toties Reip. nundinæ. mulier ſibi felicior, quàm uiro auctionem prouinciarum, regnorumq; faciebat.Cum igitur oſtēdere uellet,Antonium uſq; eò ſordidum

dum eſſe,ut omnium rerum publicarum domeſticum mercatum inſtitueret,eiq; Fuluiam uxorem præficeret,ut eius ſordes non modo re,ſed etiam uerbo exprimeret, Inter *quaſilla dixit: quo quid ſordidius? Talaßionem in nuptijs Varro ait ſignum eſſe lanificij: Talaßionem enim quaſillum uocabant: qui alio modo appellatur calathus,uas utiq; lanificijs aptum.* Hæc Sex.Pompeius*: at Priſcianus l.*III. *Pauca inueniuntur diminutiua, quæ non ſeruent genera primitiuorum: ut hæc rana, hic ranunculus: hic qualus,hoc quaſillum, quòd ſi cui magis arriſerit,inter quaſillos appendebatur,non pugnabo: præſertim cum & apud Catonem ſemper hoc uocabulum uirile ſit:& cæteri l.u.ita mendoſi ſint,ut in mendo tamen litera s appareat: nam partim, Ciues illius: partim, Ciues illas, nonnulli, Ques illas.*

364 Totũ imperiũ Reip.) P.R.*omnes l.u.quod placet.*

364 *Tercẽtos fortißimos*) L.Col.*ad tercẽtos, cæteri hoc modo,ccc.quod ego interpretor trecẽtos,ut l.*II. *de* Fin.*Trecẽtosq; eos,quos Sparta eduxerat.*Virg.l.x.*-aſt Ilua trecẽtos.*

364 Exercitum *educebat*) Adducebat,*o.l.u.& rectè:ſiquidem non* Roma *educebat exercitum, ſed* Romam *è* Brũduſio *adducebat.hoc cum multis in locis oſtendit, tum apertißimè in* V.*Aduolabat ad urbem à* Brunduſio *homo impudentißimus,ardens odio, animo hoſtili in omneis bonos cum exercitu Antonius.*

364 *Maius igitur beneficium à* D.Bruto) *Maius igitur à* D.Bruto *beneficium,o.l.u.& aures probant.*

Pag.365 *Cum autem eſt omnis ſeruitus miſera*) *Cum autem omnis ſeruitus eſt miſera,o.l.u.*

365 Intolerabile *eſt*) Intolerabilis *eſt, omnes ferè l.u. unus modus ſic,*Intolerabil *eſt. Ego ſic,intolerabil' eſt, more ueterum,qui uocales coniungebant.*

365 Tantus autem eſt conſenſus) Tantus autem conſenſus eſt, o.l.u.

365 Iſtud etiã ſtatuiſtis) Illud etiam, Lang. quod probo.

365 Et ut præſtantiſsimis ducibus) Vt & præſtantiſsimis, liber unus atq; alter: in quibus Sc. quod probo.

Pag. 366 Non modo non Conſul) Non Conſul modo, Lan. cæteri cum impreßis conſentiunt, quos ſequor.

366 Conſeruatores Reip. iudicantur) iudicentur, o.l.u.

366 In Cæſarem maledicta congeßit) In Cæſarem ut maledicta, o.l.u.

366 Trallianam, aut Epheſinam) Epheſiam, Liber unus, atq; alter: in queis Col. & certè Diana Epheſia, Prætor Epheſius, Princeps Epheſiorum dicitur, non Epheſinorum.

366 Notus enim quiſq; non eſt) Quotus enim quiſque. perſpicue rectum.

366 Scatiniæ leges) Lang. Santoniæ. Col. Attiniæ. nonnulli Sanctiniæ. alij Scatoniæ. ſequor impreſſos.

366 M. Accius Balbus) O.l.u. Attius, & apud Dionem ſcriptum eſt Attia. Seruius tamen nobilis grammaticus interpretatus eum uerſum Virg. Alter Atis genus unde Atij duxere Latini: propter, inquit, Atiam dixit matrē Auguſti, de qua dicit Antonius, Atia Latini mater. uult enim eius etiam maternũ genus eſſe antiquißimum. Hæc Seruius. ex quo intelligi poteſt, non Accius, neq; Attius: ſed Atius eſſe ſcribēdũ.

Pag. 367 At auus huius nobilis) Huius, à L. Col. & alijs nonnullis u.l. abeſt: & mehercule ſuperuacaneũ eſt. Quod autem ſequitur, Tuditanus nempe ille: nonnulli u.l. geminãt Ille.

367 Haberetis nobilitatem generis glorioſam) Liber unus, Habetis. ut ſit illis ſimile, Habes de Vatinio, Habetis unum uenditionis genus, Habetis & honeſtatem hominis, & autoritatem teſtimonij. quod loquendi genus tum ſolemus inferre,

ferre, cum quid expoſuerimus. Quod tamen ut reijciam, membrum ſuperius facit: quod imperfectum uidebitur, niſi quid addideris, atque illi ſimile reddideris, quod eſt in prima Phil. Vellem adeſſet Antonius, modo ſine aduocatis: doceret me, uel potius uos P.C. Ego, ſi quid immutandum eſt, potius ita corrigendum putarem, Haberet is: ut Antonium modo deſignaret.

367 Qui autem euenit) Sic o.l.s. ego, Conuenit, ſine ulla dubitatione reponendum cenſeo. quomodo loquitur in VII. Phil. Qui enim conuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint. c.

367 Vt Iulia natus ignobilis uideatur) Sic L. Lang. ut iſtus Aricina ignobilis uideatur. Col. Is tibi uigilia natus ignobilis. c. Sc. qui cum plerique conſentiunt, Is tibi Aricina natus ignobilis. c. E recētioribus nōnulli, Is tibi Iulia natus. quorum nullum omnino probo. nam quod ad poſtremos attinet, Octauius non Iulia, ſed Atia natus eſt. ut autem natus (uerbi cauſa) Cæſare, Cæſaris etiam nepotem ſignificet, inauditum eſt. Lang. autem perſpicue eſt, ut uides, mendoſus: interdum tamen in eam opinionem me adducit, ut ita ſcriptum à M. Tullio putem, Vt iſta ignobilis uideatur. ut Atiam deſignet. illa autem litera ſ, & Aricina, ſit gloſſema ſubſcriptum ſub, Iſta. ex qua primo ſit factum, Iſtas, deinde Iſtus Aricina. quàm autem iſta gloſſemata libros mendis referſerint, nihil attinet dicere, tibi præſertim, qui uet. libris ſtudioſe & multum uolutatus es. Vt autem aſſenſum ſuſtineam, nec in hac opinione conſtem, l. Col. cui ex omnibus maximam fidem habeo, facit. Huius enim ſcripturam conſideranti, rurſus in mentem uenit ſuſpicari, M. Tull. ita ſcriptum reliquiſſe, Is tibi Iuliæ filia natus. c. Sed hæc fortaſſe diuinatio eſt. tu ſi ad locum notam appoſueris, recte meo iudicio feceris.

367 *Quæ porro amentiæ ſunt?*) Amentia eſt, liber unus atq; alter, in quibus Col. perſpicuè rectum.

367 *Quos certe ſcio.*) Certo, nõnulli u.l. quibus aſſẽtior.

367 *Omnibus horis.*) Omnibusq; horis, o.l.u.

367 *Nam in eiſdem me edictis.*) Sic omnes l.u. Nam in eiſdem edictis. ut fortaſſe corrigendũ ſit, Nam me iſdẽ edictis.

367 *A' ſuis ſimilibus.*) Suis, Scalæ liber. quod ualde probo.

367 *Hæc ſunt ut opinor.*) Hæc ſunt, opinor, omnes l.u. quod placet.

Pag. 368 *Siquis non affuerit.*) Siqui, o.l.u.

368 *Quorum conſiliorum Cæſaris.*) Eodem modo o.l. s. ego Cæſari probo: ut ſit, Quorum conſiliorum fui autor Cæſari. ut illud Acad. P. Craſſum, & P. Scæuolam aiunt Tiberio Gracco autores legum fuiſſe.

368 *Sed tamen, ut dicitur, currentem. c.*) Sed tamen currentem, ut, dicitur. nonnulli u.l. in queis Col.

368 *Re triſti, & ſeuera.*) Ac, o.l.u.

368 *Vino, & epulis retentus, & alea eſt.*) Et alea, inducendum autore l. Col. cuius autoritas ut apud me ualeat, inſequentia uerba faciunt, Si epulæ potius. c.

368 *Et ante diem quartam Calendarum Decembris diſtulit.*) Et ante diem IIII. omnes l.u. à quibus ut diſſentiam, proq; Et, In, reponendum putem, non ſolum facit illa cauſa, quòd adduci non poſſum, ut credã M. Tullium primum, atq; extremum uerbum coniunctionibus è medio ſublatis extuliſſe, medium non diſſolute dixiſſe: ſed illud etiam, quòd conſuetudo Latini ſermonis ita loquitur, ut dicat, Comitia diſtuli in IIII. Cal. non IIII. tantummodo Cal. & quemadmodum hoc, ſic illud etiam, Diſtulit in ante diem IIII. Cal. non Ante diem IIII. Cal. quòd autem In ante diem diceretur, exemplis demonſtrabimus. Dixi ego idem in Senatu cædem te optimatium

matium contuliſſe in ante diem V.Cal. *Octob.* Et *in* I I. *lib. epiſt.* Ad *Atticum*, Comitia Bibulus *cum Archilochio edicto in ante diem* X V.Cal.*Decēbris diſtulit*.Liuius *lib*.X L V.*Latinæ edictæ à Conſule ſunt in ante* I I I I. & I I I. & *pridie* Idus Noueb.*Et lib*.X L I I I.In *ante diem* V I I I.& V I I.Kal. Oct.*Comitijs perduellionis dicta dies eſt.* Et *quemadmodum* In *ante,ſic* Ex *ante dicebatur.* Cic.*lib*.I I I.*epiſt.ad* Atticum, Ex *ante diem* Non. Iun. *uſq; ad pridie Calend. Sept.* Liuius *lib*. X L V. *Supplicatio pro concione populo indicta eſt ex ante diem* V.Idus Octo. *quin etiam in tabula è marmore uetuſtiſsima,quæ in pariete Colotianæ domus incluſa eſt,hæ literæ cum multis alijs inciſæ ſunt.* Ex A.D.V K.D E C.A D P R.K.I A N.*quod quidē me ducit ad credendum,illud apud* Varronem *de* Re *ruſt.lib*.I. Dies *primi uerni temporis extant ad ſeptimum* Idus Februarij. *pro quo libri ueteres,* Ex *ad* V I I.Idus Febr.*ſic eſſe corrigendum,ex a.d.*V I I. Id.Feb.

368 *Quod in templum ipſe.*) Hoc amplius L.u.*Quod in templum tum ipſe.* Gallos *autem in* Capitoliū *egiſſe cuniculum,præter* M.Tulliū *nullus alius(quod ſciam)ſcriptor memoriæ prodidit : qui pro* Cæcinna,*ut in inquit*,Si Galli *à maioribus noſtris poſtularent,ut eò reſtituerentur unde deiecti eſſent : & aliqua ui id aſſequi poſſent:non opinor eos in cuniculū,quo egreßi erant,ſed in* Capitoliū *reſtitui oportere.*

368 *Is enim erat dies,ea fama,is impetus eius,qui.c.*)O. L.u. *Is qui.c. quod ualde placet : & ex ſe intelligitur : & ut aliud ex alio, non alienum uidetur aperire, quid ſibi uelint illa uerba,*Is *enim erat dies:atq; huius rei dilucidandæ cauſa, huc* Gellij *locum tranſtulimus.* Ante *diem (inquit)* I I I I. Kal. Non. Id.*tanquam inominalem diem pleriq; uitant : eius obſeruationis an ulla religio ſit tradita, quæri ſolet.nihil ſuper ea ſcriptum inuenimus,niſi quod* Claudius *annalium* V.

Cladem illam pugnæ Cannenſis uaſtiſſimam factam dicit ante diem IIII.*Nonas* Sex.Ex *his uerbis licet uidere, ante diem* IIII. Kal. *Decemb.quo die Senatus habitus eſt, diem religioſum fuiſſe.*

368 *Quid eſt aliud de eo referre non audere,qui contra ſe Conſulem exercitum duceret,niſi ſe ipſum hoſtem iudicare?)* H*æc omnia ſunt inuerſo ordine in omnibus libris antiquis ſic,* Q*uid eſt aliud ſe ipſum hoſtem iudicare, niſi de eo referre non audere,qui contra.c.quod placet.*

368 *Si ille à Senatu notandus non fuit)* Sin, *o.l.u.perſpicue rectum.*

Pag.369 *An cõtumelia eſt)Lib.*Col.*& alij nonnulli pro* An *ulla,*Nulla.*nonnulli ſic,*An *contumelia.ego ſequor* Col.

369 Q*uid eſt ergo?)* Q*uid ergo?o.l.u.apertè uerum.*

369 *Hem cur magiſter)*En, *o.l.u.ut pro* Deiot. En *crimen,en cauſa,cur regẽ fugitiuus,dominum ſeruus accuſet. & pro* Sext.En *cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunã arbitrentur.*In Mercat.*tamen* Plautus,Hem *quoi decem talenta dotis detuli?hæc ut uiderem?ut ferrem has cõtumelias? quod autẽ ſequitur,*Vt *poßideat:*Vt,*nullis,in u.l.reperitur:et certè ſic exponendũ eſt,* En *cur magiſter ex oratore arator factus ſit.en cur poßideat duo millia iugerum: ut hominẽ ſtultum.c.*

369 *Tyberinum Canutium)* Liber Marcelli Ceruini Cardinalis,*&* Dion,Tiberium *probant.placet.*

369 *Cui ſenatuſconſulto)* Cui S.C.*omnes libri ueteres præter unum Gad.qui hoc modo,*Cur *ſic.quod tamen reijcio.*

369 P*ræclara tamen fuit Senatus in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religioſa ſortitio.)* Lang. *& cæteri ferè ſic,* Præclara *tamen* S.C.*in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religioſa ſortitio.rectè,& præclare meo quidem iudicio: ſi tamen poſt* Verſpertina *notam interſpirationis apponas:*

ponas:

ponas:duplicem enim plagam infligit Antonio,alteram,quòd non legitimo tempore S.C.*fecerit : alteram,quòd nulla religione ſortitus ſit.*S.C.*ante ortum , aut occaſum ſolem facta rata non fuiſſe:opus etiam cenſorium feciſſe exiſtimatos,per quos eo tempore facta eſſent,docet* M.Varro *apud* Gellium. Hinc *intelligi poteſt , cur* S.C.*ueſpertina dixerit.* Illud *etiam prætereundum non duxi, quòd* Lang. *pro* Sortitio, Sortio: *neq; hoc loco ſolùm,ſed uniuerſis,quibus hoc uerbo* M.Tullius *uſus eſt : quodq; liber* Col. Non In *illo ipſo die , ſed* Illo *ipſo : ut pro domo ſua,* Hunc *Conſulem illo ipſo die contendo ſeruaſſe de cælo.& paulò pòſt,* Hora *nona illo ipſo die tu es adoptatus.& in decimotertio* Philipp.Eoq; *ipſo die innumerabilia* S.C.*fecit.hunc igitur ſequamur.*

Pag.370. *Maximas gratias uobis)Maximas uobis gratias,o.l.u.& aures probant.*

370 *Qui enim carere metu , & periculo poſſemus)* *Poſſumus,*Gad.*& alij nonnulli l.u.quod placet.*

370 *Ille autem afflictus.)* Ille *autem homo afflictus, omnes l.u.id quod non abhorret à conſuetudine dicendi.*Tullius, At *ille homo uehemens, & uiolentus.* In *quinto* Philipp. Valde *placet.*

370 Vir *auo,patre,maioribus.)* Vir *patre,auo,maioribus. ut pro* Plancio, Vt *pater, ut auus , ut maiores. & in* Verr. *Amiciſſimo patre,auo, maioribus. Sed quid hæc ego? ita ratio poſtulat: aliter enim præpoſterus,atq; omnino perturbatus ordo eſſet.*

370 P.Appius.) P.*Opius,liber* Col.*Scalæ,*Oppius:*quorum quid uerũ ſit,incertũ eſt:illud quidẽ non dubiũ,quin* Appius *ſit prænomẽ.quod cum ita ſit,non falſum eſſe qui poteſt?*

370 Et *meus neceſſarius.)* Meus *& neceſſarius , nonnulli u.l.quod tamen abiudico.*

370 *M.Vehilius.)*Pro,M.Vehilius, *Lãg.tantũmodo* Vel. *Col.& Sc.*Vel *cæteri ferè:quæ nota fortaſſe* Veleiũ *ſignificat.*

370 De L.Cinna.) *Cæcinna,nonnulli,u.l.*

370 *Minus admirabilem fecit.)* Facit,*o.l.u.quod placet.*

370 C.Ceſſedius) *Ceſſedis,* Lang. Col.*Ceſelius.de* Ceſſelio *iuriſconſulto* Valerius *Maximus.*

360 L.Antonius) Pro L.liber Lang. Col.*& alij aliqui* T.*nonnulli* Cn. *omnino hic locus deprauatus eſt. quid enim* L.*Antonius prouinciam ſortiretur, qui anno ſuperiori proximo* Tribunus *pl.fuerat?quæ uerba ſequuntur,in his quoq; uarietas eſt: nam pro* Maluerunt, Metuerunt *multi,* Mutauerunt Col.*in multis totus hic locus deeſt.*

370 O' C.*Cæſar.)* O.l.u. *Cæſarem: quod tamen reijcio. eodem modo in* Orat.O' M.*Druſe,patrem appello.*

Pag.371 *Quid iſtud?)* Illud,*l.Col.quod ualde probo.*

371 *In poſſeſsionem libertatis pedem ponimus.)* In poſſeſsione *magis arrideret: ſic enim* M.Tullium *ſemper locutum animaduerti. quia tamen libri ſcripti ſtant ab impreſsis, & hic idem pro* Cæcinna *dixit,*In *poſſeſsionem ueſtigium fecero: & l.u.de* Fin. In *aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus: idcirco immutare non auſim.*

371 Ex *his tot conglutinatus eſt.)*Ex *his tot uicijs,l.*Col. Ex *his totus,*Lang.*& cæteri: quos ſequor.*Pro Cluentio, Et *qui eſſet totus ex fraude: & mendacio factus.* Et pro Roſcio Comœdo,Ex *fraude,fallacijs,mẽdacijs cõſtare totus uidetur.*

371 *Quæ neceſsitas ferre coëgit,uiſq; quædam penè fatalis.)*Sic *omnes libri ueteres,*Quæ *nos neceſsitas ferre coëgit,quæ uis quædam.c.*

371 *Refertã eius domũ.)Domũ eius,omnes libri ueteres.*

Pag.372 *Ad ſe omnia ex his.)* Ad *ſe ex his omnia, o.l.u.*

372 *Senatus conſultis è Repub.bene factis.)* L.Col. Se-

natuſc

natuſconſultis bene, & è Republica factis. quod multò elegantius mihi uidetur: ut in duodecimo locutus eſt, Brutum Procos.*bene,& è* Repub.*& ſua,ſuorumq́; maiorum dignitate feciſſe.*Et *in undecimo,Bene,& è* Rep.*iudicauiſſe.*

372 *Vendiderit: immunitate, c*) *Vendiderit immunitates,l.u.*

372 *Armis, & præſidijs populum* Ro. *& magiſtratus foro excluſerit.*) Sic o.l.u. *Armis & præſides, & populum, & magiſtratus.* Sic *emendandum eſt, Armis, & præſidijs, & populum,& magiſtratus.nam quòd præſidijs rectum ſit,* Philip.1.*declarat, Armati in præſidijs multis in locis collocabuntur.&* V.Sic *uerò erant diſpoſita præſidia.*

372 *Senatum ſtipauerit armatis.*) O.*l.u.Armis.* Col.*& alij nonnulli,* Stiparit *armis: quem ſi probabimus, exitum uerſus effugiemus.*

372 Reliquiq́; *pecoris.*) In *l. u. hæc uerba ſunt abſque coniunctione.*

372 *Pueri ingenui arripiuntur.*) Abripiuntur,o.l.u *perſpicue rectum. idem mendum in* Piſ.*Socios noſtros in ſeruitutem adduxerunt:famulias arripuerunt: pro* Abduxerunt, Abripuerunt.

372 *Hos inquam in urbem recipietis?*) Hos unquam, o. *l.u.quod probo.*

372 *Italia tota ad libertatem recuperandam excitata.*) Excita, L.Col.*ut illud in* XII. Iuuentutem *omnem ex tota Italia exciuimus.* Tamen *excitata magis placet: eſt enim ſignificantius, maioremq́; recuperandæ libertatis cupiditatem declarat.ut illud in* IIII.*Galliam totam hortatur ad bellum, ipſam ſua ſponte,ſuoq́; iudicio excitatam.*

Pag.373 *Magnum numen.*) *Liber* Gad.*& alij nonnulli,* Nomen:*quod rectũ eſſe iudico.*Hæc *autem uox admirabilem*

quand

quandã autoritatem ſonat ex famæ opinione conflatam. Cic. in epiſt. ad Att. Hoc tamen ſpero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in aduentu terrorem. & pro lege Manilia, Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius? Pro Deiot. Quantum eius nomen fuerit. & in Philipp. x I. Qui imperium habeat, qui præterea autoritatem, nomen, exercitum. & alibi, Tantum eius in Syria nomen, atq; Phœnice eſt.

373 Videtis'ne refertum. c.) Videtis refertum, omnes l. u. placet.

373 Ad quod tempus.) Quod ad tempus, nonnulli u. l. in eis Col.

373 De populi Rom. libertate.) De libertate Populi Ro. omnes l. u.

373 Id non modo non recuſem.) Tres l. u. In queis Lang. Idem non modo recuſem. Col. Idem non modo non recuſem. quem ſequor.

373 Si dormierimus hoc tempore.) Lang. & alij aliqui, Indormierimus hoc tempore. Col. Indormierimus huic tempori. atque hoc quidem non dubito quin uerum ſit: in ſecundo Philipp. Huic cauſæ indormientem.

Pag. 374 Ea ſumma miſeria eſt.) Lang. & cæteri l. u. hoc modo, Ea ſunt ſumma miſeria. Liber Scal. eſt. quod in eam opinionem me adduxit, ut ſcribendum putarem, Ea'ſt. ut Terent. in Eunuc. Ea'ſt indutus. ſed quid unius loci teſtimonio utor? totus & is, & Plautus huiuſce coniunctionis uocalium plenus eſt: nec id modo ſuperior, ſed etiam Ciceronis ætas obſeruauit. Ipſe in Orat. declarat, Quod quidem (inquit) Latina Lingua ſic obſeruat, nemo ut tam ruſticus ſit, qui uocales nolit coiungere. Et ibidem, Nobis, ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere uoces cõceditur. Indicant orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis: indicant poëtæ, præter eos, qui ut uerſum facerent,

cerent, ſæpe biabant.ut Neuius, *Vos, qui accolitis Hiſtrum fluuium, atque Algidam. Et ibidem, Quàm nunquam nobis Graij,atq; barbari.*Hoc *librarij ignorantes,apicem impoſuc-ſuerunt: quo addito Sunt ſignificatur.*

374 *Dij immortales incredibilem* Populo Ro. *poteſta-tem.*) Reip.o.*ferè l.u.quod probo.*

374 *Sententiæq; de ſumma* Reip.) De *ſumma* Rep. *Sc. & cæteri ferè.*

374 *Optime de* Rep.*promereri.*)*Mereri,o.ferè l.u.*

Pag.375 *Galliam prouinciam.*) *Prouinciam Galliam,o. libri ueteres.*

375 *Amiciſsimorum* Populo Ro.) *Amiciſsimorumq;,o.l. ueteres.quod placet.*

375 *Exercitũ in ſenatus.c.*)*Exercitũq;,o.l.u.quod probo.*

375 Vt *hæ prouinciæ, Galliæq; exercitus.*) *Sic* L.Col. (*nam cæteri ab impreſsis non diſcrepant*) Vt *eæ prouinciæ, exercitusq;.c.*Et *recte meo quidem animo,ſiquidem* M.Tul-*lius cenſebat,non ut is modo,qui Galliam,ſed ut uniuerſi,qui prouincias obtinebant, eas, exercitusq; in poteſtate* Populi Ro.*Senatusq; retinerent.*

375 *Seq; ad Senatus auctoritatem.*) *Seſeq;,o.l.u.*

375 *Ciue*) *Ciui,*Lang.

375 *Et ut pro tantis eorum in* Remp.) *Et, à Col. alte-ro'ue libro abeſt,*In Remp.*etiam à* Lang.

375 *Vtq;* C.*Panſa.*) *Que à* L.*Col.abeſt. cæteri tamen retinent: ut fortaſſe corrigendum ſit,Vti.*

375 *Cum magiſtratum inierint: ſi eis uidebitur*) *Inijſ-ſent: ſi eis uideretur,*Liber *unus,& item alter,in queis* Col. *ut* Celius,D.E.R.I.C.*uti* C.*Paulus* C.*Marcellus.cum magi-ſtratum inijſſent.cæteros ſequor.*

375 *Ad hunc ordinem referant.*) *Referrent,ijdem l.ſibi*

conſt

conſtant:nam paulò antè,Iniiſſent,dixerant.cæteros ſequor.

375 *Ita uti de Rep.*) E' Rep.L.Col.*perſpicuè uerum.*

PHILIPPICA IIII.

Pag.376. *Frequentia ueſtrum incredibilis,cõcioq́; Quirites tanta.*) Sic l.Lang.*& cum eo plerique,Frequentia ueſtrum incredibilis,concioq́; tanta.* Col.*ſic,* Frequẽtia *ueſtrum incredibiliſq́; cõcioq́; tanta.*Quem ego correctione quadam *adhibita ſequor : ſic enim ſcribendum* puto, Frequentia *ueſtrum incredibilis* Q̄r.*concioq́; tanta.*

376 *Quanquam animus mihi nunquam.*) *Quanquam animus quidem,o.l.u.præclarè.*

376 *Princeps ueſtræ libertatis defendendæ ſemper fui.*) *Ab o.l.u.Semper,abeſt.perſpicuè uerum.*

376 *Nunc facere non poſſem.*) *Et nunc,*Lang.*&* Col.

376 *Hodierno enim die* Quir.*non mediocre.*) *Sic* Lãg. *Hodierno enim die quodq́; adhuc mediocrem.Sc.Quanquam adhuc mediocrem.*De *eo conſentiunt o.l.u.quòd adhuc probant : ut fortaſſe ita corrigendum ſit*, Hodierno *enim die* Q̄r.*ne adhuc.c.*

376 *Fundamenta ſunt iacta.*) *Iacta ſunt*, *omnes libri ueteres.*

376 Exercitum.) *Exercitus,o.l.u.*

376 *Sunt enim facta eius immortalitatis , non ætatis.*) *Nomen ætatis , omnes l.u.quod primo aſpectu abiudicatum, atq; reiectum poſtea ſic approbaui , nihil ut mihi neque rectius,neq; uenuſtius uideatur.*Reieceram *autem ob eam cauſam,quòd ſi referretur ad Cæſarem, oratio ſibi non conſtare : ſi ad puerum,nimis durum uidebatur:quod ipſe* M.Tul*lius mihi non multò pòſt tempore molliuit:nam eodem modo loquitur in* XIII. *Philip.*Et *quidem de hoc ipſo Cæſare loquens,Puerum appellat,quem non modo uirum, ſed etiam*

fortiſſi

fortiſſimum uirum ſentit, & ſentiet. eſt iſtuc quidem nomen ætatis:ſed.c.Iam uides, Nomen,*&* Facta *quàm bene inter ſe reſpondeant. hæc autem uerba habent hanc ſententiam, Quòd mirabilia facinora facit, eſt cuiuſdam diuinitatis:quod appellatur puer, eſt ætatis.*

376 *Nihil ex omnium ſæculorum memoria)* Ex omni, *liber unus atq; alter, in queis* Col.*quod elagantius eſt.*

Pag.377 *Incognitum certe cœpit)* Ceperit,*o.l.u.*

377 *Sanguine ciuium* Romanorum) Romanorum *ſuperuacaneum eſt: & ab o.l.u.abeſt.*

377 *Si C.Cæſaris fortiſſimorum ſuiq; patris militum)Si C.Cæſaris,fortiſſimorumq́; ſui patris,*L.Col.*quod placet.*

377 *Quis non proſpicit)* Perſpicit,*o.l.u.*

377 *Comprobauiſtis)* Comprobaſtis,*o.l.u.*

Pag.378 *Cæſaris exercitum proſecuta)* Perſecuta, *o.l.u. Et ita locutus eſt in oratione ſuperiori,Cæſaris autoritatem, & exercitum perſecuta.*

378 *Quæ à te accerſitæ ſunt)* Liber unus, *& item alter, in eis* Col.*hoc modo,Quæ à te accitæ ſunt,quæ eſſent, ſi te Coſ.quàm hoſtem maluiſſes,tuæ.*Ego *cæteris aſſentior.*

Pag.379 *Nefarijq́; ſint, ſicut ſunt)* Sicut *ſunt, ab o.u.l. abeſt. non abhorret tamen à conſuetudine loquendi.* Cic.Pro Ros.Amer.*Quamuis ille fœlix ſit, ſicut eſt.*

379 *Pompeij haſta ſaciauit)* Satiauit, *l.u. & rectè: ſiquidem à* Satur *declinatum eſt.*

379 *Ita uerò Quir.ut precamini, ueniat)* Sic L.Col. *Ita uerò ei,ut precamini, eueniat.ut* Plaut.in Pen.*Bene equidem tibi dico, quia, te digna ut eueniant, precor.& hic pro Sex. Quibus utinam ipſis eueniſſent ea, quæ tum homines precebantur.*Placet, *atq; etiam magis, quòd nonnulli ueteres libri habent,Ita uerò Qr.ut precamini, eueniat.*

Quo

379 *Quo huius amentiæ pœna)* Huiusq; *amentiæ pœna*, L. Col.

379 *Libertas nobis)* Nobis *libertas*, *oẽs ferè* L. u. q. *placet.*

379 *Si enim tantus conſenſus omnium)* Pro Si enim Lang. & *cæteri ferè*, *Siue.nonnulli hoc idem in ſuperioris quoque argumenti principio.* Vtrunq; *probabile:ut*, Si enim, *hoc loco apertè falſum.*

379 *Vt eos tamen adhortentur)* Adhortantur, *nonnulli u.l.quibus aſſentior. quod autem ſequitur* Adhortabor, *pro eo* Cohortabor Lang. & *cæteri ferè.*

Pag. 380 *Quas paucis diebus noui Conſules)* Lang. & *alij nonnulli*, Quas dem' *paucis.nonnulli*, De *municipijs*. Ego *ſequor impreſſos.*

380 *Nunquam inter ſenatum & uos)* Sic o.l.u. Nunquam *ueſter conſenſus maior in ulla cauſa fuit. & præclarè: quid enim bis eadem dicere mutatis uerbis attinebat? at hoc modo duæ res deſignantur: una, quòd uniuerſus populus unum atq; idem ſentiret, nec alij aliam ſectam ſequerentur: altera, quòd eſſet cum ſenatu copulatus.*

380 *Omnia alia falſa)* Hoc extremum *uerbum nullis in u.l.reperitur.*

380 *Hac maiores noſtri)* Hac *uirtute*, o.l.u.

380 *In deditionem huius imperij redegerunt)* Sic l.Col. *(nam cæteri cum impreßis conſentiunt)* Dictionem, ego, Ditionem: *quis enim unquam ſic locutus eſt, ut diceret,* In deditionem *imperij nationes redegit? at oppida, milites, & eiuſmodi cætera deditionem fecerunt, in deditionem accepti ſunt: hiſtoricorum libris uſitatum*, In dictionem *uerò redigere, ita tritum eſt, ut exemplis eo ſuperſedeam, ne in re tenui, ac perſpicua multus eſſe uidear.*

380 *Si res ita tuliſſet)* Si ita res *tuliſſet*, o.l.u.

Pag.

Pag. 381 *Eſt igitur Quirites)* Extremũ uerbũ à l.u.abeſt.

381 *Hic eũ ipſum exercitũ)* Ipſum, nullis ĩ u.l.reperitur.

381 *Veſtris in me ampliſsimis)* Ampliſsimis in me, o.l.u.

381 *Vobisq; amiciſsimo)* Nobis amiciſsimo. L. Col. ego *cæteris aſſentior.* eodem modo in VI. Phil. *Apuleius homo & multis officijs mihi, & ſumma familiaritate coniunctus, & uobis amiciſsimus.*

PHILIPPICA V.

Pag. 382 *In Senatum conuocabamur)* In Senatum non *uocabamur, ſi repoſueris: erit, opinor, rectius. quid dico rectius? imo uerò rectè: aliter mentem Ciceronis hæc uerba non exprimunt.*

382 *Quantam gloriam conſecuti)* Lang. gloriam, *gratiam conſecuti. multi alij* Gloriam, *& gratiam. nonnulli,* Quam gloriam, quantam gratiam conſecuti: *ut illud in* II. *accuſ. Vt is hoc iudicio probatus cum populo* Rom. *& in laude, & in gratia eſſe poſsit.*

382 *Cui dum ſe ciuibus.c.)* Sic o.l.u. Quanquam, *ut fortaſſe corrigendum ſit,* Quoi quidem.

382 *Nudius tertius decimus feciſtis)* Feceritis, o. l. u. *quod placet.*

382 *Eos duces)* Duces eos, o.l.u.

382 *Inimicum populi Rom.)* Reip. o.l.u.

382 *Atqui cum Coss. nondum.c.)* Lang. *& cæteri ferè,* Atqui Conſules cum nondum. *Cicero tamen hanc obſcœnam literarum concurſionem fugere ſolet.*

Pag. 383 *Honeſtiora eſſe legionum decreta)* Honeſtiora decreta eſſe legionum, o.l.u. *& oratio numeroſior.*

383 *Senatus decreuit)* Decernit, o.l.u. *quod placet.*

383 *Dies duodecim profecerunt)* Perfecerunt, *nonnulli u.l. quod minimè diſplicet.*

f Præter

383 *Præter Cotylam)Plerią; l.u.in queis* Lang.*Præter Cotylam meam.nonnulli* Menium,Meum *alij,alij* Eum.*ego,* um,*corrigo : ut ad* Iam *referatur.atq; ita corrigo* Tum, *ut ſine eo ſententia imperfecta mihi eſſe uideatur.*

383 *Quid hoc aliud eſt,quàm ad bellum ciuile.c.)Quid eſt aliud,omnia ad bellum.c.probo.*

383 *Sit patriæ prius) Sic o.l.u.ego,*Patria,*probo.*

383 *In qua etiam parentes)* Parentes *etiam,o.l.u.*

383 *Aut ſequamini) Aut quam ſequamini, o.l.u. ſimiliter* Terentius *in* Phorm. *Potius quàm lites ſecter aut quàm te audiam.*

383 *Suis latronibus condonandi)* Condonandorum *pro* Condonandi *quidam repoſuerunt.ego ,* Condonandi, *çum omnium librorum, tum locupletiſsimorum autorum,qui ita locuti ſunt,autoritate defendo, ut* Liuius, *Veſtri adhortandi cauſa. &* Plaut. *in* Capt. *Nominandi iſtorum tibi erit magis, quàm edundi copia. Eſt etiam apud ſcriptorem neſcio quem* Deripiendi *pomorum.*

383 *Populum* Rom. *ſeruitute opprimendi) Libri ueteres,*P.R.*quod ego interpretor,*Populi Rom.

383 *Dubitate quid agatis)Sic* Lang. *Dubitate quid agatis.nonnulli,Dubitatis quid agat ſcilicet.Quid agatur.s.alij.* Dubitate,*alij tantũmodo.ego,*Dubitatis? *emẽdo:ut ſit quemadmodũ illud* Plautinũ, *Poſt,argumentũ huius eloquar tragœdiæ.quid cõtraxiſtis frontẽ? Et pro* Mil.*Sed ita ſi* P.*Clodius reuixerit.quid uultu extimuiſtis?& in* v I.Phil.*Redeo ad amores,delitiasq; ueſtras* L. *Antoniũ,qui uos omneis in fidem ſuã recepit.negatis?* M. *Tullius cũ,quid ageretur,aperuiſſet,atq; de geſtu intellexiſſet,Senatui orationẽ ſuã fidem non feciſſe,nec ſuſtuliſſe dubitationem,tum addidit ,* Dubitatis? *An non cadunt hæc in Antonium? hi uerò, qui omnia*

gloſsis

gloſsis referciunt, cum hunc locum interpretarentur, ſub eo cætera illa uerba ſubſcripſerunt, quæ poſtea à librarijs imperitis in libris repoſita per omnes fermè permanarunt.

Pag. 384 *Qui cum Cæſaris acta*) O.l.u. *Qui cum eius. Tu uide ne corrigendum ſit, Qui quoius uel cuius acta. elegantius certè eſſet.*

384 *De auſpicijs non interpretaretur*) *Non intepretaretur*, *ab omnibus l.u. abeſt.*

384 *Cum populo* Ro. *agi nõ eſſe fas qui ignorat?*) *Cum populo agi non eſſe fas, qui ignorat? ſic o.l. ſcripti, à quibus etiam ſtat ſermonis* Latini *conſuetudo.*

384 *Vbi pœnæ recenti lege* Iunia, & Licinia?) *Non feciſſem huius loci mentionem, niſi uidiſſem quoſdam in ſuis libris repoſuiſſe*, Vbi penè recentes lex Iunia, & Licinia? *qui præterquam quòd à ſcriptura l. omniũ recedunt, præterea uel maximè in eo peccant, quòd legẽ* Iuniam, & Liciniam *duas leges fuiſſe crediderunt. quod falſum eſt: atq; ut id planum faciamus*, Cic. I I. l. Ep. ad Att. Qui legẽ Aeliam, qui Iuniam & Liciniam, qui Cæciliã & Didiam neglexerunt: Et I I I I. Nunc ad ea, quæ quæris de Catone. Lege Iunia & Licinia ſcis abſolutũ. *Et contra* Vat. Poſtulatus'ne ſis lege Iunia & Licinia. *etſi ibi mendũ librarij: eſt enim ſcriptum* Iulia. *fuit autẽ, opinor, lata hæc lex à* L. Licinio Mur. & D. Iunio Silano: *qui poſt Ciceronem Conſules fuerunt: & propterea recentẽ appellauit. confirmabat autem, ut arbitror, aliam quandam legẽ ante latã: & hoc amplius erat diligentiſsime ſancta, pœnasq; maximas conſtituebat in eos, qui ei non obtemperaſſent.* Et quoniã de Lege Iunia agitur: opem feramus *Aſconio, cuius uerba infrà ſcripſi*, De legibus Iunijs puto uos reminiſci, has eſſe leges Iunias, quas illis Conſulibus M. Lubilius Druſus Tribunus pleb. tulerit: qui cum Se-

f 2 natus

natus parteis tuendas ſuſcepiſſet,& leges pro optimatibus tuliſſet,poſtea ea licentia eſt progreſſus,ut nullum in his mo rem ſeruaret.Itaq; Philippus Cos.qui ei inimicus erat,obtinuit à Senatu, ut leges eius omnes uno S. C. tollerentur. Hactenus Aſconius. Sic autem ſcribendum eſt, De legibus Liuijs puto uos reminiſci, has eſſe leges Liuias, quas illis Conſulibus M. Liuius Druſus.c.Idem ferè mendum in 11. *l. de Leg.Igitur tu Seias & Apuleias leges nullas putas?Cic. Ego uerò ne Lenias quidem.& alio loco, Vt Lenias conſilio Philippi cōſulis & Auguris. Quibus in locis quin Liuias ſit emendandum, nemo dubitabit,niſi qui planè erit in rebus ueteribus tyro,atq; peregrinus,latoremq; harum legum M. Liuium Druſum appellatum eſſe non cognouerit.*

384 *Aut ſi auſpicia M. Antonium non mouerent,ſuſtinere eũ aut ferre nõ poſſe) Sic o.l.u.Aut ſi auſpicia M.Antonium non mouerent,ſuſtinere me nõ afferre poſſe.Ego ſic arbitror emendandũ,Vt,ſi auſpicia M.Antoniũ non mouerent,ſuſtinere tamẽ ac ferre poſſe tantã uim tempeſtatis,imbris,ac turbinum mirũ uideretur. Sed illud meũ ſeruo: nihil ut affirmem:tantum teſtatum relinquam,quid ſentiam. Illud quidem omni aſſeueratione affirmo,libros mihi uideri alteros planè mendoſos,alteros Ciceronis elegantiam nõ olere.*

384 *Num ergo etiam armorum interpretes) Ergo,in l.u.non reperitur.*

384 *Vt quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, & aggeribus: ita ab ingreſſione fori.c.) Sic o.l.u. Vt quomodo aditus hoſtium prohibentur, ita caſtellis & operibus ab ingreſſione.c.*

Pag. 385 *Populum Ro.non teneri) Romanum,ab o.l.u. abeſt,quod probo.ſic pro do.ſua, Druſi legibus quæ contra legem Cæciliam, & Didiã latæ eſſent, populum non teneri.*

& in

& in XII. *Phil. Hiſq; nec populum, nec plebem teneri. Quid multa? in hoc,opinor,uaria conſuetudo non eſt.*

385 *De'ue colonijs in agros deducẽdis*) L.Lang.*& alij nonnulli,De'ue colonis in agrum deducẽdis.Colonis probo: illud alterum reijcio.Etenim eodẽ modo,ut impreſſi,locutus eſt in* VII. *Præſertim cum eoſdem in agros etiã deduxerit.*

385 *Quãuis ergo bonas leges*) *Leges bonas,o.l.ueteres.*

385 *Donationibuſq; uertit*) *Auertit,nonnulli s. l. quibus aſſentior. ſic enim in* XII. *quoq; Phil.* HS. *ſepties millies auertiſſe Ant. pecuniæ publicæ iudicauiſtis.* Et *Pecuniam uertere inſolens,Auertere uſitatum.*

385 *Hæc ſe ex commentarijs Cæſaris*)*Extremum uerbum à nonnullis u.l.abeſt.*

385 *Mulier ſibi felicior,quàm uir*)*Sic o.l.u.mihi tamen dubium non eſt,quin litera ſit adijcienda, atq; emendandum* Viro*: nanq; illud idem mihi uidetur hic locus ſonare, quod ille in* II. *Phil.Quis autẽ meum conſulatum præter* P.*Clodium qui uituperaret, inuentus eſt? cuius quidem te fatum, ſicut* C.*Curionem manet: quoniã domi tuæ eſt,quod fuit illorum utriq; fatale.* Et *ille alter, Iſta tua minime auara uxor, quam ſine cõtumelia deſcribo,nimium debet diu tertiam penſionem.Fuluia cum* P. *Clodio fuerat,interfectus eſt: cum* C.*Curione,eundem habuit exitum. Quòd igitur eo fato nata erat,ut, cui nuberet,ei ferro uita eriperetur:idcirco modo fatalem uiro,modo feliciorem ſibi,quàm uiro dicit.*

385 *Auctoritate Senatus reſcindantur*) *Reſcinduntur, o.l.u.placet.*

385 *Ea ſe ex actis Cæſaris agere diceret*)*Ea ſe ex Cæſare dicerent,o.l.u.*

385 *Earum rerũ falſæ tabulæ*)*Earumq; rerum,o.l.u.*

Pag. 386 *In quo uos feſellit*) *Nos,o.l.u.*

386 *Apud conſilium illud*) *Apud illud conſilium,l.u.*

386 *Num ex iudicium genere, & forma*) Num *eſt ex iudicium,o.l.u.nonnulli pro* Forma Fortuna *habent,ut illud,* In *iudice enim ſpectari & fortuna debet & dignitas. ego tamen cæteris aſſentior.*

386 *Homo præterea feſtiuus*) *Quo nemo præterea feſtiuius,*Lang.*Quo nemo præterea magis feſtiuus, Sc. Quo nemo præterea feſtiuior,Gad.ego Scal.ſequor.*

386 *Quemadmodum ad hunc reus alleget?*) *Quem ad hunc reus alleget,l.u.quod uehementer probo.*

Pag. 387 *Habere hoſpites*) *Sic o.l.u.* Hoſpites *habere.*

387 *Sed illud os,illam impuritatem*) *Sic* L.Lang.*Sc.& alij nonnulli, Sed illud os,illam impunitatem ceni feciſſent. nonnulli pro* Ceni,*Cerni.alij pro Sed,Set.pro* Feciſſent,*Feciſſet. alij nihil omnino diſſentiunt ab impreßis: ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Et illud os illa impuritate feciſſet, ut c.* Vt *hæc ſit horum uerborum ſentẽtia: Quòd excogitauit hanc tertiam decuriam, ſcelerum magnitudini aßignandum eſt: ut auderet,neq; puderet, quod excogitarat,efficere,fecit immanis impudentia.*

387 *Cognitumq; eſſet*) *Cognitumq;, ab o.l.u.abeſt.*

387 *Hanc ego,& reliquas*) Lang.*hanc uerò.Sc.* Ergo. *ego ſequor impreſſos.*

387 *Nunc uerò abrogandas cenſeam*) Hoc *amplius pleriq; l.u.in queis* Lang. *Nunc uerò cur abrogandas cenſeam? nonnulli pro* Cur,*Cum. ego,*Non,*magis probo.*

387 *Iudico non rogatas*) *Rogitatas,o. ferè l.u.in queis* Lang.

387 *Quod unus* M. *Antonius in hac urbe poſt conditam urbem palàm ſecum habuit armatos*) *Sic o. l. u. Quod unus* M.*Antonius in hac urbe palàm ſecum habuerit armatos,*

tos,ſi poſt conditam urbem. Ex quo iudicaui illa uerba,*Poſt cond.urbem ſcilicet, tanquam gloſſemata de libris eſſe tollenda.* Habuerit,*etiam magis probo.*

387 *Plus poterunt)* Potuerunt, *o.l.u.perſpicuè uerum.*

Pag. 388 Nõ *quod ille ſcuta uellet occulta eſſe)* Nõ *quo ille ſcuta occulta eſſe uellet,o.l.u.& præſtantior numerus.*

388 *Apertis ualuis* Concordiæ) Opertis,*o.l.u.& rectè.* Idem in ij.Phil. *Cur ualuæ concordiæ non patent?* Operire *domum* Catullus,*Hoſtium* Terẽtius,*Portam* Varro *dixit.*

388 *Vehemens, & uiolentus)* Nonnulli L.Vinolentus. *Ego ſequor impreſſos.*

388 *Vt digeſtio potius quàm declamatio uideretur) Sunt aliquot menſes,cum in hac opinione ſum, mẽbrum hoc eſſe ſubdititium: nam id uocabulum* Digeſtio *mihi barbarum quiddam olere uidebatur: & inſequentia uerba,Sitim quærens ſcilicet, totum hoc ſuperuacaneum, atq; adeo ſui gloſſema eſſe clamitabant: conſtantia tamen librorum,qui omnes ad unum refragabantur opinioni meæ, uehementer me mouebat.* Itaq;,*ne in arrogantiam offenderem, ſilentio præterire conſtituerã.* Ecce *autem cum ego,& Vbaldinus, quem honoris cauſa nomino,quædã inter nos ex eadẽ oratione conferremus,atq; huc incidiſſemus,& is locum (ut ita dicam) expunctũ animaduertiſſet: Vtrum,inquit,autoritate librorum,an opinione ductus id facis?* Opinione,*inquã,& ob eam cauſam in emendationum numerũ non retuli.* Fidenter, *inquit,aſcribe. ſine dubio gloſſema eſt:eaſdẽq; rationes,quas ego dudum,cur ita cenſeret, attulit. Tum ego locum illum profero, Vt digerat multa cruda facilius.* Illa *quoq; gloſſa eſt,quæ tamẽ ab o.l.s.abſit.* Quod *cũ ſcirem,ad hunc,quo de agimus,locũ multis annis ante notã,inquit,appoſuerã.* Quo *audito omnis mihi eſt præciſa dubitatio.* Habes *& meum,*

& præſtantißimi uiri iudicium. Limatulum tu quoq; illud tuum adhibebis,atq; ea tolles ex libris, ſi idẽ tibi uidebitur.

388 Declamitauit) Declamauit,o.l.u.

388 *Hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamãdi*) Hæc enim ei cauſa eſſe declamandi ſolet,o.l.u.

388 *Myrmillo Milaſis depugnarat*) Sic o.l.u. Itaq; qui in l. ſuis, Trallibus,repoſuerunt,perperam fecerunt.In hoc tantum mendum eſt,quòd Mylaſis ſcribendum eſt.

388 *Suum in illa gladiatoria*) Suum illa,o.l.u.

Pag. 389 *Auiditati coniuncta*) Auiditate,o.l.u.

389 *Ratum eſſe,quod egiſſent*) Quod elegiſſent, o.l.u. ego,Quod ei egiſſent.

389 *Ad urbem potius*) Ocyus.

389 *Quo animo hunc cenſetis futurum in nos*) Quo animo hunc futurum fuiſſe cenſetis in nos,o.l.u. numerus,& conſtructio lenior.

Pag. 390 *Profectus eſt, & profugit paludatus*) Sic Lang.Non profectus eſt,et profugit paludatus.ego ſic,Non profectus eſt, ſet profugit paludatus. ut illud in hac eadem oratione,Poſt diſceſſum latronis,uel potius miſerrimam fugam. & in XIII. Ex eo non iter, ſed curſus, & fuga in Galliam.Nonnulli u.l.opinionem meam comprobauerunt.

390 *Quod hic aut non fecerit,aut non faciat*)Sic o.l.u. Quod hic non aut fecerit,aut faciat, aut moliatur,& cogitet. ut idem locutus eſt in IIII. Phil. Vt non aut ij ſint impij,qui contra Conſules exercitum comparauerunt: aut ille hoſtis, contra quẽ iure arma ſumpta ſunt.& II. l.de inuen. Cum autem actio translationis, aut commutationis, indigere uidetur,quòd non aut is agit, quem oportet: aut cum eo,qui cum oportet: aut apud quos,qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet: Translatiua conſtitutio

tio appellatur,Libros u.probo.

390 *Hæc ij,qui in horam uiuunt.c.) Sic l.u.Hæc ij,qui in horã uiuerent,non modo de fortunis, et bonis ciuiũ ſed ne de utilitate quidẽ ſua cogitauerunt. Quidã pro Hæc, At,repoſuerũt.Quod minime diſplicet:etſi omnes l.contra faciant.*

390 *Hunc,quem uidimus.c.) Sic o.l.u. Hunc, quem uidimus P. R. reſtinguet ardorem : municipiorum,atque Italiæ franget animos.Apertè uerum.*

Pag. 391 *Iſta legatio morã) Hoc ãplius l.u. Certè iſta legatio.quod magnã & uim,& uenuſtatem addit orationi.*

391 *Quamuis dicant , & quoſdam audiam dicturos) Quamuis dicant,quod quoſdam audio.c.o.l.u.ualde placet.*

391 *P. Valerium Flaccum) L. Lang. qui cum plerique faciunt : Falcum. nonnulli Anfalcum. nemo certè Flaccum. A' Liuio mentio fit cuiuſdam M.Valerij Falconis.Falcones, inquit Sex. Pompeius, dicebantur quorum pollices in pedibus intro curuati ſunt in falcis ſimilitudinem. Apud eundem tamen Liuium loco ſuprà citato Flaccum ſcriptum eſt.Genti autem Valeriæ id quoque fuiſſe cognomen , nemo eſt quin ſciat.Flaccum igitur tueamur.*

391 *Q. Fabiũ Pamphilum) Idẽ ſcriptor me penè induxit in errorẽ:idem tanquã in ueritatis uiam deduxit.nã cum in Lang.quid dico Lang? imo uerò in o.l.u.pro Fabium,Bebium ſcriptum animaduertiſſem,isq; me tot, taliumq; librorum conſenſus,ut par erat,mouiſſet: Liuij ſtatim,ut uerũ inueſtigarẽ,libros in manus ſumpſi:eosq; ab impreßis ſtare cũ uidiſſem,in hanc opinionẽ diſceßi, ut pro certo ducerem,l.u. eſſe mendoſos. poſtea cum eoſdem cognoſcẽdæ rei neſcio cuius gratia euoluerẽ, in D C.Bebios Pamphilos incido. Nullum Fabium eodẽ cognomine , cum iam ſtudioſius inquirerem, uſpiam reperio. Itaque ſententiam ita mutaui, ut mihi*

f 5 dubium

dubium non ſit, quin ſcripti mendo uacent, impreßi & Li-uij,& Ciceronis libri corrupti ſint,atque deprauati.

391 *Pro Annibale hoſtibus noſtris & ſocijs)* Eodē modo *ſcripti,ut impreßi. ego ſic corrigendum puto, pro Annibalis hoſtibus, noſtris etiam ſocijs. quidam in ſuis* L. *repoſuerunt*, Mittebantur ad Annibalem pro hoſpitibus noſtris, & ſocijs. *Quibus, ut omittam quòd longißime ab antiquorum librorum ſcriptura diſcedunt, hoc certè probandum eſt,populi* R.*hoſpites Saguntinos fuiſſe.*

391 *Ad noſtrum ciuem mittimus) Sic o.l.u. niſi paruerit Antonius.*Ne Imperatorem,Coloniamq́; populi Ro. oppugnet,ità'ne uerò per legatos rogandus eſt?

391 *Ante diem* XIIII. *Cal.Ianua.) Sine controuerſia ſcribendum eſt, Ante diem* XIII.*Id. Declarat,quòd Nudius tertius decimus ſuprà dixit.*

392 *Id uos' auctoritate publica comprobauiſtis)* Com-*probaſtis,Lang.& alij aliqui.*

392 *Vos æquo animo aſpicere)Animo æquo.o.l.u.*

392 *Sine dolore ſummo uidebitis) Sine ſummo dolore, nonnulli u.l.*

392 *Qui ſi legatis paruerit)L.u.partim Quid,partim Quod.*

392 *Niſi retardatione)Ex retardatione,o.l.s.*

Pag. 393 *Fortuneq́; noſtræ notæ ſunt) Sic o.l.s.* Notæ *ſunt.*Ego,Notatæ,*probo:ut ſit, quemadmodū illud,Pecunias noſtras æſtimabat:poſſeßiōes notabat et urbanas,et ruſticas.*

393 *Hem ad quem legatos)En,l.s.nonnulli:Em.*

393 *Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit)Deſtinauit,l.s.quod probo : nā* Deſtituit *quidem omnino falſum eſt:ſiquidem* Deſtituere *hoc ſignificat,* Non *ſtare promißis, atque etiam, qui à te ſperet aliquid, hunc in ipſo articulo*

temporis

temporis deſerere:quod in L. Antonium profectò non cadit: à quo nihil tale expectabatur. Deſtinare uerò dicitur, cum habeas aliquid cum animo iam ſtatutum,ut facias.Alia quadã notione Deſtinare ualet Emere. ſed hoc nihil ad rẽ. Qui locus orbis terræ iam nõ erat alicui deſtinatus?iam mẽte, & cogitatione attributus, aſsignatus, addictus? ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinauit. iã ſingulorum ciuium bona ſingulis latronibus deſcripſit:ut ne hoc quidem integrum reliquerit,ut quiſque haberet,quod cuique ſors obtuliſſet: quod erat ſignum,eũ,qui id faceret,ſitire ſanguinem ciuium,atque omnium bonorum uitæ immunere:quippe qui ſibi nihil,reliqui ad promiſſa faceret,ut,quod animo intenderat,poſſet efficere. Deſtinauit *igitur conuenit,non* Deſtituit.

393 *Bello inquã certandũ eſt)* Decertandum,*o.ferè l.s.*

Pag. 394 *Breui tempore libertatem* Reip.) *Libertatem populi* R.*o.l.u.quod probo.*

394 *Si autem lenius agetis) Sin,o.l.s.rectè.*

394 *Quanquam in memoria gratorum ciuium)* L.*s.eodem modo, ut impreſsi. quidam Atque pro Quanquam repoſuerunt:quod minime diſplicet.*

Pag. 395 *Sed ut hoſtem arcuit, Galliam,ſeq;,c.) Mihi magis arrideret, ſed ut hoſtem arcuit Gallia, ſeq;,c.ut illud in* I I I I.*Hunc igitur Gallia qui prohibet.c.*

395 *Merito uere'que laudetur)* Iure,*nonnulli s.l. quod placet.*

395 *Suas'que uires non tradidit:ſed oppoſuit)*Hoc *amplius,o.l.s.Sed oppoſuit* Antonio:*quod ualde placet.*

395 *Populum* Ro.*liberum eſſe uoluit)Liberum uoluit, o.l.s.ut paulò infrà,Qui populum* Ro.*liberum cuperet. Libri tamen impreſsi defendi poſſunt: ſiquidem eodem modo locutus eſt in* X I.*Qui populum* Ro.*liberum eſſe uoluimus.*

Quod

Pag. 396 *Quod imperij populi Ro.lumen fuit*) Imperio,o.l.ſ.Ego *aſſentior impreßis.*

Pag. 397 *Ille in aduerſariorum partibus agrum* Picenum *habuit munitum*) Pro Munitum, Inimicum, o.l.ſ.quod *ſummopere arridet. ſi tamē ex primis membri huius uerbis,* In,*modo ſuſtuleris: aliter enim ad mentem* Ciceronis *uerba non accedunt: qui quidem ex contrarijs conficere uoluit,* Cæſaris *factum præclarius fuiſſe, quàm* Pompeij*: ſiquidem hic ex inimicis aduerſariorum, ille ex amicis hoſtium confeciſſet exercitum.*Picentes *autem cum* Pompeio *conſenſiſſe ad* Marij *parteis oppugnandas,refert hiſtoria.*

397 Ex *Antonij amicis, ſed amicioribus libertas*) Libertatis,o.l.ſ.

Pag. 398 *Huius adoleſcentis hortandi honorandi'que*) *Quidam in locum* Honorandi *ſubdiderunt* Ornandi. *Quid eos mouerit,neſcio.omnes certè libri ſcripti contra faciunt.* Equidem*, ſi liceret liberè, atque audacter emendare, pro* Hortandi,Ornandi *potius reponerem:ut alterum ad laudes referatur,alterum ad honorem:cum præſertim,quid ſibi hic uelit iſta hortatio, non diſpiciam. Libri etiam ſcripti non* Hortandi,*ſed* Ortandi *habent.*

398 *Et pro populo* Ro.)*Et propr.* L.ſ.*ego,Sít pro prætore. Scribit Suet. Senatum decreuiſſe, ut Cæſar exercitui comparato pro prætore præeſſet, atque unà cum* Hircio, *&* Panſa Coſs.D.Bruto *opem ferret.*

398 *Milites,& ueteranos*) Et,*meo quidem iudicio tollendum eſt.* Non *longe abieris: hæc ipſa oratio in extremo meam tibi opinionem comprobabit.*

Pag. 399 *Ciuem clarum haberi*) *eodem modo l.ſ. ut impreßi.ego* Carum *probo.cōprobant* Carum *potius quàm* Clarum *multi inferiores loci in eadem pagina.*

Amici ſſ

Pag. 400 *Amiciſſimo Reip.) Amiciſſimoq́; Reip.*

400 *In quo P.C. non tantum commodum)* L.u. *non differunt ab impreſſis.* è *recentioribus nonnulli pro* Tantum, *Tam: pro* Quantum, Quàm. *quod placet.*

400 *Contra legē Iuliam poſſideretur)* Poſſiderēt, *o.l.s.*

Pag. 401 *Hisq́; militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita darent, aſſignarent)* Sic *o.l.s. iiſq́; militibus. Cætera eodem modo.* Ego *ſic emendandum puto, Iſq́; militibus legionis Martiæ, et legionis quartæ ita daretur, aſſignaretur. Quemadmodū paulò antè, Vt is militibus ueteranis diuideretur.* Nam His *militibus quidem, ſiue* Iis *apertè falſum eſt: quòd harum legionum cuncti milites Cæſarem ſecuti ſunt: ut ſuprà recte additum eſt prænomen, Iisq́; militibus, qui de legione ſecūda, & x x x v. quoniam eorum partim ad Hircium, &* Panſam *Coss. uenerant, partim ſe contulerant ad Antonium: ut ex epiſtola Galbæ licet intelligere.*

401 *Quæ ſine mora, matureq́; decreta)* Eodem modo *l.s. ut impreſſi: ut fortaſſe ita corrigendum ſit, Quo ſine mora, matureq́; decreto.*

PHILIPPICA VI.

Pag. 401 *Iuſticium edici)* Indici *l.s. ut in proxima oratione, Tumultum decerni, iuſticium indici.* Vtrunq́; *omnino probabile: ego tamen hoc magis probo.*

Pag. 403 *Quò furor, quò uinolentia)* Violentia, *l.s.*

403 *Duo diſſimillima genera lenonū, & latronū ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidijs delectarunt, ut.c.)* Si *o.l.s. Duo diſſimilia genera tenuerunt lenonū, & latronum: ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidijs delectatur, ut.c.*

Pag. 404 *Noui uiolentiam)* Vinolentiam, *nonnulli s.l.*

404 *Horam exhibere nullā in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus)* Eodem modo *o.l.s. in quibuſdam impreſſis*

preſſis Eximere *pro* Exhibere.*qđ minime diſplicet.ut enim* Tollere *diem,*Extrahere *diem: ſic* Eximere *diem uſitatum.* M.T*ullius ad* Att. M*etellus calumnia dicendi tẽpus exemit.* C*apito apud* Gel. C*ato rem, quam conſulebatur, quoniam non è rep.uidebatur, perfici nolebat. eius rei gratia ducendæ,longa orationeutebatur, eximebatq́; dicendo diem. erat enim ius ſenatori, ut ſententiam rogatus, diceret ante quicquid uellet alius rei, & quoad uellet.* Ex *quo liquet, locum illum ad* Q. F*ratrem.* C*lodius rogatus, diem dicẽdo eximere cœpit:non eſſe mendoſum.*S*ed hoc nihil ad rem.*V*t igitur* Eximere *tempus,diem: ſic horam,rectè dicitur.*

Pag. 405 P*luris quàm* T.P*lancius*) S*ine controuerſia ſcribendũ eſt,*T.P*lancus. hic enim eſt* T. M*unatius* P*lancus* B*urſa frater* L.M*unatij* P*lanci oratoris,qui tẽporibus* M*ilonianis uel acerrimũ ſe* C*iceronis oppugnatorẽ præbuerat, maximamq́; in eum, quòd tanto ſtudio* M*ilonem defenderet, inuidiam concitauerat : quoq́; inſtigante curiam populus incenderat. poſtea cõtra opes, ac potentiã* P*ompeij cõdemnatus,à* C*æſare initio belli ciuilis in integrum reſtitutus eſt.*

405 O *fides,hinc enim puto.c.*)Hoc pro Hinc *nõnulli s. quod placet:cũ enim* O *fides,exclamaſſet,perinde iſta uerba ſubiunxit, quaſi* T*rebellium ipſum nominatim exclamaſſet.*

405 V*bi plauſus ille in triumpho eſt ſpe ludi?*)Sic.o.l.u. Sæpe ludi.Ego *una litera modo addita,*Ludis *corrigo:ſignificabat enim gladiatoribus, concione, ludis populus maxime iudicium, ac uoluntatem ſuã.*Q*uòd igitur* T*rebellius à cauſa creditorum cõſtantiſſime ſteterat, ac* D*olabellæ legem de tabulis nouis ferenti reſtiterat,iccirco eũ populus ſummo ſtudio bonorum* AE*dilem fecerat, atq; ei plauſus in triumpho, ac ſæpe ludis dederat.* H*ic poſtea ſic euaſit improbus, ut quod rectè fecerat,uideretur caſu,non ratione feciſſe.*

Quinq

405 *Quinque, & triginta tribus patrono populi* Ro*mani,igitur.c.*) Interpunctiones meo quidem iudicio *perperam collocatæ ſunt.Sic enim ponendæ,Quinque & triginta tribus patrono.*Populi Ro.*igitur.c.*

Pag. 406 *Sicut illam* Q. Trebellij)*Plinius,*Tremellij: Liuius,*Tremuli.*

406 *Quia Milaßis Myrmillonem* Thr*acem*) Corrige, *Mylaſis Myrmillo* Thr*acem.*

406 *Altera* Equitibus Ro.)Eodem modo *l.s.ego, Altera* EQQ. R. *equitum* Ro. *quas ſcilicet equites* Ro. *poſuerant.ut literæ Cæſaris l.*I I I.Epi.ad Q. Fr. *quas* Tullius *ad Cæſarem dederat: Quod antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris. nam quòd repoſuere quidam,* At *altera ab* Equitib. R.*id (credó) ſua ſponte non de librorum autoritate fecerunt.*

406 *Qui in exercitu Cæſaris duo bis fuerũt*) Nonnulli *s.l.Qui in exercitibus Cæſaris duobus fuerunt.quod placet. certè in hoc l.s.ĩter ſe cõgruũt,q,*Duobus,*nõ* Duo bis,*habẽt.*

406 **His quoq; diuiſit Senuriũ*) Nõnulli*s.l.Semuriã. quid,ſi* Remuriã,*uel* Remoriã *corrigamus?*Sex. Pompeius, R*emurinus,inquit,ager dictus:quia poſſeſſius eſt à* Remo,*& habitudo* Remi Remoria:*ſed et locus ĩ ſummo* Auẽtino Re*moria dicitur,ubi* Remus *de urbe cõdẽda fuerat auſpicatus. hunc locũ* Plutarchus *in uita* Romuli *non* Remoriã,*ſed* Re*moriũ appellat,cuius uerba ſubſcripſi:* ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην ῥώμην κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον ἔκτισε, καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο πολίζειν τὸν τόπον. ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ ἀβεντίνου καρτερόν. ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη ῥεμώριον. νῦν δέ, ῥιγνάριον καλεῖται. Dionyſius *Alicharnaſeus ſcribit,* Remũ *cepiſſe cõſiliũ cõdẽdæ urbis in eo colle, qui poſtea ex eo inuento nomine* Remoria *appellatus eſt:qui collis,in-*

quit,

quit,à Tyberi nõ longè à Roma x x x. *ſtadijs abeſt.*Remu*riam ille,qui de regionibus urbis ſcripſit,*Victor *in partibus Auentini numerat.illud aũt,quod huic ſubiũgit,* Cãpus Martius *reſtabat, nõ nihil ſuccinit opinioni meæ: ut quemadmodum hoc, ſic illud nõ ad ueritatem,ſed ad augẽdam inuidiam dictum ſit.Sed ad meũ illud redeo,nihil ut affirmem,tantum, quid ſentiam,uel potius ſuſpicer,teſtatum relinquam.*

406 L. *Antonio* Iano *medio patrono)* Iani *medij,ſine controuerſia emendandum:declarat oratio conſequens,* Pa*tronus(inquit) eorum qui* Tribb.*militum fuerunt: patronus* Iani *medij.* De Iano *medio, ubi conſiſtebant fœneratores.* Hor. *-poſtquàm omnis res mea* Ianum Ad *medium fracta eſt.* Etiam M.Tullius l.1 1.*de* Off. *in extremo: etſi ibi mendosè ſcriptum eſt,*Ad *medium ianuæ.*

Pag. 407 *Viginti diebus poſt)*x x x.*libri ſcripti.*

Pag. 408 *Tam inimicus dignitati ſuæ)* Eodem modo *libri ſcripti.ego,*Dignitatis:*ut caſus caſui reſpondeat. ut pro* Flac.Aut *beneficij huius obtrectator,aut uirtutis hoſtis,aut laudis inuidus extitiſſet.*

408 *Conatus auertere)*Conatũ,*o.l.u.quod ualde placet.*

408 *Senatũ ſua ſponte bene firmũ)* Lang.Bene *non habet.cæteri ſic,* Bene *ſua ſponte firmum.quid uerius,diuinandum eſt.illud ſcio,* M.Tullium *ſæpe ita locutum fuiſſe:ut in* x v i.*l.*Ep.*ad* Att. Ibi *bene ualentem uidi* Piliam. *&* V. Nos *enim & noſtra ſponte bene firmi.*

408 *Omnibus gentibus imperare uoluerunt)*Gentibus, *in l.u.non eſt.*

PHILIPPICA VII.

Pag. 408 *Tribuni pl.retulerunt)*Trib.pl.*retulit,o.l.u.*

Pag. 409 *Lãgoris)* Lãguoris,*o.l.u.poſtulat etiã ratio.*

409 *Iam non fingunt.c.)Sic o.l.u.*Iam *nunc fingunt reſponſa*

ſponſa Antonij,eáq; defendunt. perſpicuè rectum.

409 Leges *imponeret*) Hæc *uerba nullis in libris ueteribus reperiuntur,*

409 *Iidem quaſi prouidi ciues,et* Senatores) Nihil *mihi emendatius hoc loco, nihil ſincerius uidetur, cum in hos modo libros intueor:cum autē ad ueteres aſpectum et mentem refero, facere non poſſum,quin ſuſpicer aliquid ſub his mendi ſubeſſe: ſed ſcripturā ueterum librorum proponam: ut intelligas, an aliqua tamen ratione ducar ad malè ſuſpicandum.*Lang. *ſic,*Idem *quaſi prouendicius eſſet in* Senatores.Sc.Prouēditius *eſſet in* Senatores.*Alij,prouetlicius eſſet hij* Senatores.Liber Marcelli Ceruini Cardinalis,P.R.*uindicius eſſet hi.c.quarum nullā omnino probo: nam hæc extrema (etenim cæteræ perſpicuè falſæ ſunt)hæc inquam extrema,quæ præ ſe fert aliquā tamen ſpeciem ueritatis, nec ipſa mihi cōſtare ſecū,nec cū inferiori uidetur.nam primum quis unquam ſic locutus eſt ut diceret,*Ille P.R.*uindicius eſt, cùm libertatis uindicē propugnatoremq́; ſignificare uellet? propterea quòd ſeruus hoc nomine coniurationē, quæ facta erat cōtra* P.R. *libertatē,detulerit. Sed fac hunc fuiſſe* Brutum *illum* Regum *exactorē:quis unquā dixit, Antonius* Populi Rom. Brutus *eſt? Deinde hi* Senatores *nō* M.Tullium *coarguebāt improbitatis,quòd cōtra bonum ſ.ciuē,patriæq́; amantem bellicū ceciniſſet: ſed imprudentiæ, quòd irritaſſet hominem nequā,iracundum,impotentem,confidentem.* Vtinam,*inquit ille,tam facilè uera inuenire poſſem, quàm falſa conuincere.* Quod *ego quoq; uel hoc loco maximè poſſum dicere.*Nullo *enim negotio falſa redarguo:uera nullo modo reperio.*Quid *ſi ſic emendemus?* Idem *quaſi* P. R. *uindices eſſent,hi.c.* Omnino *melius: ut tamen omnino non acquieſcam,atq; aſſentiar. Sequamur igitur impreſſos: præſertim*

cùm bonam ſententiam uerbis non minus bonis enuntient.

409 *Eos eſſe cauendos denuntiant*) Eos *cauendos eſſe denuntiāt,o.l.u.* Numerus Tullianus.*& ut aliud ex alio:hunc* locum à Demoſthene *tranſtulit,*περὶ τοῦ στεφάνου ὅτι τῶν πολιτευομένων παρὰ τοῖς ἕλλησι διαφθαρέντων ἁπάντων ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ. Quod Demoſthenes dixit, ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ: Cicero, à ſe primum numerare. Varro de Lingua Lat.*primum prӕterijt: Menſium,inquit,nomina ſunt aperta ferè, ſi à Martio,ut antiqui inſtituerunt,numeres.*

409 *Diligentior cauſa eſt?*) *Diligentior eſt cautio? perſpicuè rectum.*

409 *Populares habebantur*) *Appellabātur,o.l.ueteres.*

Pag. 410 *De ſua ſpe rerū ſecundarum ſuarū*)Hoc *extremum uerbū omnibus u.l.autoribus inducendum eſt, atq; etiam(ut mihi quidem uidetur)Latini ſermonis elegantia.*

410 *Ab ineūte ӕtate illius*) *Ab ineūte illius ӕtate, Lāg.*

410 *Coniunxerit:eius deniq;*)*Coniunxit:eiuſdemq; curam,Lang.Sc.nonnulli, Eiuſdem curam: quorum utrumuis elegeris,erit multò rectius,quàm id quod editum eſt.*

410 *Auctor pacis fui*) *pacis autor fui, o. l. s.* Et *uerba procliuius currunt.*

Pag. 411 *Cum hoc pace uelle ſubito cōiungi*) *Cum hoc ſubito pace uelle coniungi,o.l.u. Et ambitus cretico,& ſpondeo clauditur: qui numerus Ciceronis proprius eſt.*

411 *Meritos quidem illi honores*) Eodem modo o. l. *Meritos quidem illos,mihi magis arrideret.Hoc certè conſuetudo,atq; elegantia Latini ſermonis approbat: illud alterum reijcit,atq; aſpernatur.*

411 *Sed tamen immortales,& ſingulares*) *Singulares, & immortales,o.l.u.Quod placet.*

Pag. 412 *Brutum hominē quondam illius generis, & nomi*

nominis natū ad Remp.*liberandam*) *Sic o.l.*Ego *ſic,*Omine *quodā illius generis,& nominis:ut ſit illi ſimile de* M. Bruto *in* x. Phil. Cum *ſua excellentiſſima uirtute* Reip. *natus, tum fato quodam materni generis,& nominis.*Natus *igitur erat* D.Brutus *quodā omine illius nominis,ut quēadmodum* L. *ille* Brutus Regibus *exactis,ita hic interfecto tyrāno patriam in libertatē uindicaret.*Ab *eadē ratione dixit in* III. *accuſ.* Dixit *idem* Dolabellam *impetraſſe:omen magis* P.C. *quàm cauſa placuit.* Et *in* Rul. Neq; *te* P. Rulle *omina illa* M.Bruti,*atq; auſpicia à ſimili furore deterrent. &* Liuius *l.* VII. Redieruntq́; *res ad* Camillum,*cui unico* Conſuli *uel ob aliā dignationē haud ſubijciendā dictaturæ , uel ob omen fauſtum ad* Gallicum *tumultū cognominis dictatorem arrogari,haud ſatis decorū uiſum eſt patribus.* Sed *enim hæc omnium mentio facta memoriā mihi attulit loci illius de* Diuin.*l.*I. Prærogatiuam *etiā maiores omnes iuſtorū comitiorum eſſe uoluerunt.* Et *illius in* II. *l.* Iam *illa fauete linguis & prærogatiuam omnium comitiorū.* Quibus *in locis pro* Omnes,& Omnium , *omen reponendum eſt.id indicat pro* Planc. An *tādem una centuria prærogatiua tantū habet autoritatis,ut nemo unquam prior eam tulerit,quin renuntiatus ſit.* Et *planius etiā pro* Mur.Etenim *ſi tāta illis comitijs religio eſt,ut adhuc ſemper omen ualuerit prærogatiuæ.*

412 A.Hircius)Hoc *āplius o.l.u.*A.Hirtius Cōſul.*præterea ut ſcribunt uetera monumēta,nō* Hircius, *ſed* Hirtius.

412 Milites *cum gladijs ſequuntur :* Conſuli *præſidio ſunt : ſpecie* Conſuli.*c.*)Milites *cum gladijs ſequuntur* Conſulem : *præſidio ſunt ſpecie* Conſuli,*o.l.u.præclarè.*

412 Non *eſt iudicatus* Antonius *hoſtis?*)Non *eſt iudicatus hoſtis* Antonius?*o.l.u.& finē heroici uerſus effugimus.*

Pag. 413 Liberati *tum regio dominatu uidebamur*)

Hoc tantum l.ſcripti ab impreßis diſcrepāt:quòd pro Tum, *nonnulli* Tam:*pro* Videbamur,*nōnulli* Nitebamur,*alij* Verebamur,Vrgebamur *alij.* Ego *ſic emendandum arbitror,* Sed erat tūc excuſatio oppreßis,miſera illa quidē,ſed tamen iuſta:nunc nulla eſt liberatis iā regio dominatu:urgebamur armis domeſticis:ea ipſa depulimus. *ſententia aperta eſt.*

413 Quanta illa erit) Quanta enim erit illa,*o.l.u.*

413 Et Conſulem deſignatum) Et,*ab o.l.u.abeſt.rectè.*

413 *Satis multa de turpitudine*) Multa,*à* Lang. & *cæteris ferè l.u.abeſt.*

413 Dicam deinceps,quod propoſui) Deinceps,ut propoſui,*o.l.u.*

413 *Antonium uideatis*) Videatis Antonium,Lang.

413 Cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt) Magiſtratus partitus eſt, *o.l.u. præclarè. Quid ſibi uelit Cicero,* Suetonius *in uita* Iul. Cæſ. *declarat : Comitia, inquit, cum populo partitus eſt:ut exceptis Conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus uellet, pronuntiaretur : pro parte altera, quos ipſe dediſſet.ut autem hoc Cæſari liceret,* L. Antonium *legem tuliſſe : ex oratione* Ciceronis *licet intelligere.*

413 Patronus fori) *Eodem modo l. u. nonnulli non ita ueteres quidem, ſed tamen ſcripti,*Patronus eorū. *quod rectum eſſe iudico.id ex* Phil.v 1. *apparet.Hunc autē errorem genuit(opinor) ſimilitudo literarū.nam cū ueteres illi antiqui literarum formis inſcribendo uterentur, Maiuſculæ quæ noſtra lingua nominantur:quā in ſententiā homines doctißimi,atq; omnibus ingenuis artibus inſtructißimi diſceßionem (ut ita dicam) fecerunt;in eis uir cum omni doctrinæ, atq; uirtutis laude cumulatus, tū uerò bene peritus antiquitatis, & doctus,& intelligens huiuſce generis exiſtimator* Marcellus

cellus Ceruinus Cardinalis:cũ igitur hunc in modum literas deformarẽt,hinc fiebat incuria librariorũ, ut E, *&* F, *propter ſimilitudinẽ inter ſe locũ ſæpe cõmutarent.* Hinc *innumerabilia mẽda gignebãtur.hinc pro* Planc.Eorũ *preßi,pro* Forum *preßi.ut in ep.ad* Pap.Pæt. Vrgeo *forũ,dixit.*Hinc *l.* 11. *de* Leg.*Quod autẽ eorũ id eſt ueſtibulũ ſepulcri uſucapi uetat:pro* Forum.Forũ,*inquit* Sex. Pompeius,*antiqui appellabant, quod nunc ueſtibulũ ſepulcri dici ſolet.* In Varronis *quoq; l.*11.*de* Re *ruſt.ex eadẽ cauſa mendũ,meo quidem iudicio,conflatũ eſt:*Antequã *calores,aut frigora ſe exegerint. Quo in loco l. uetuſtißimi* Eregerint:*ego* Fregerint *: ut in l.*1. *de* Or.Dum *ſe calor frangat.*Hinc *ex* Eorũ,Forum *primo : deinde,cum id conſequens non uideretur,*Fori *natum.*

413 O *dij quis huius.c.*) L.*u.ne unus quidem habet hãc exclamationem.e ſcriptis qui habent,in his,* Medij,*deſideratur:ex quo licet conijcere ,* Medij *in* O *dij abijſſe : deinde utrunq; ſenſim per imprudentiã librariorum , in libros irrepſiſſe.* Cicero *tamen hoc ſimplici exclamationis genere utitur.ut in ep.ad* Q. Fr.Hic *ò dij nihil unquã honorificentius nobis accidit.&* ad Att.Reliqua,*ò dij qui comitatus.*

Pag. 414 *Cum ornaſſet* Thæciditis) Threciditis,*o.l.u. ego* Beroaldo *aſſentior,qui ſcribendũ putat* Threcidicis *: ut ſit,*Threcidicis *armis,*Thracum.*ſ.gladiatorũ armatura : ut* Auſonius,Threcidico *princeps arma mouens gladio.* Myrmillones *cum* Thracibus *comparabantur.* Declarat Cicero *proxima ſuperiori oratione. declarat* Suetonius *in* Dom. *planius etiam* Auſonius *,* Quis Myrmilloni *componitur? æquimanus* Thrax. Thraces *gladiatores , inquit* Sex. Pompeius,*à ſimilitudine parmularum* Threiciarum *dicti ſunt.*

414 *Qui familiarem iugularat*) Eodem *modo l. s.* Ego Iugularit *probo.*

414 *Concurſus fiat ciuium)* Sit,pro Fiat,o.l.u.

414 *Vt nemo ſit alius,niſi ij,qui una ſunt : & ij,qui,c.)* Sic o.l.u. *Vt nemo ſit alius,niſi illi,qui una ſunt : & hi,qui.c.* perſpicuè rectum.

414 *Cum bonorum præſidia ceſſerint)* O. ferè l. s. ueteres quidem ad unum omnes ſic, *Cum bonorum præſidijs ceſſerint.* Quorum conſenſus hanc in ſententiã me adduxit, ut putarem ſic emendandum, *Cum boni iam præſidijs ceſſerint.* ut illud in Cat.M. *Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris,id eſt Dei,de præſidio & ſtatione uitæ decedere.*

414 *Eſt autem noſtri conſilij)* Eſt ueteris conſilij,o.l.u. *Eſt ueſtri conſilij*, fortaſſe corrigendum eſt. Veſtri certè, quàm Noſtri,mihi magis arridet.

Pag. 415 *Sed in principe ciue non ſatis eſt)* Pro Ciue Priſcianus Ciui.o.l.u.non eſt ſatis.

415 *Vigilantiam)* Vigiliam,Lang.cæteros ſequor.

415 *Quibus illum uiciſſim uos oculis intueri)* Quibus uiciſſim uos illum oculis intueri, o. l. u. *Qui ueſtrum illum,* Quis ueſtrum,o.l.u.placet.

415 *Qui in noſtras fortunas imminent)* Lang. & cæteri ferè,*Qui in ueſtras fortunas imminent, amici unquam uobis erunt,aut uos illis?*

415 *Ad libertatem recuperandam incitauerunt)* Excitauerunt,o.l.u.

415 *Curiam populi Ro.non deſideretis)* Curiam P.R. non deſideret,o.l.u.

Pag. 416 *Eſſe ullo pacto poteſt?)* Nullo pacto eſſe poteſt,o.ferè l.u.in queis Lang.

416 L. Naſidio) L. Viſidio, o.l.u.de L. tamen Naſidio Cæſar in II. l.bel.ciu.qui quidem refert eum ab Cn. Pompeio cum claſſe XVI. nauium L. Domitio, Maſſilienſibusq;

buſq; ſubſidio miſſum.

416 *Qui uicinos ſuos non cohortatus*) Pro Vicinos, Ciues, Sc.l.

416 *Nolite igitur uelle*) Nolite igitur *id uelle*, o.l.u.

416 *At uero erecti, citati, parati, armati*) Locus hic *mihi nonnihil ſuſpectus eſt: nam uerbum illud,* Citati *ſ.& animum & aureis grauiter offendit: non quo id ipſum nunc primum accipiant: ſed uim eius, atq; ſentẽtias, in quibus poni ſolet, hoc loco non agnoſcunt. etenim cum modo celeritatem ſignificet, ut* Citatum *flumen, agmen, in eum locum citatim contendit: modo laudare & uocare: ut* Autores, *libri citantur teſtes, accuſatores, rei, iudices: hic, in utrãuis partem acceperis, ad ſententiam non ſatis apte conuenerit: ut interdum ueniat in mentẽ ſuſpicari, pro* Citati, *Cuncti eſſe reponendum. quoniã tamen omnes l. contra faciunt, nobis perſuaderi ſinamus,* Citati *hoc loco idem ualere, quod* Excitati.

416 *Prouinciæ Galliæ: à qua.c.*) O.l.u. *pro* À, Ei.

Pag. 417 *Vita & fortuna optimi cuiuſq;*) Fortunæ, *o.l.u. perſpicuè uerum.*

417 *Tamen & ſummi gubernatores*) *Tamen etiam ſummi, o.l.u. apertè uerum.*

417 *Metu & periculo* Remp. *liberare*) Remp. *metu & periculo liberare, o.l.u.*

PHILIPPICA VIII.

Pag. 417 *Vicit* L. *Cæſaris ampliſſimi uiri*) *Vicit* L. *Cæſar ampliſſimus uir, o.l.u. quod ut probem, faciunt uerba conſequentia.*

417 *Vt & luctu ſororis moueretur*) *Sic o. ferè l.u.* Ne *in nepotem moueretur: & ſaluti* Reip. *prouideret. nonnulli,* Qui Saluti Reip. *prouideret.* Ex quo *intelligere cuiuis licet, hæc eſſe gloſſemata, & ideo ex l. eſſe tollenda.*

Pag. 418 *Quid eſt enim tumultus? niſi.c.*) *Quid enim eſt aliud tumultus? niſi.c.o.l.u.& rectè.*

418 *Grauius autem eſſe tumultũ*) *Tumultum eſſe,o.l.u.*

418 *Medium nihil ſit*) *Nihil ſit medium,* Lang.& *alij nonnulli.*

418 *Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?*) *Quo quid abſurdius dici poteſt,aut exiſtimari? o.l.u.*

418 *Vt milites fiant ſine ui*) *Sint,pro Fiant,o.l.u.quod tamen non placet.*

418 *Quis poteſt bellum non eſſe dicere?*) *Sic o.l.u.Bellum eſſe dicere.quod placet: ut hoc membrum æquè,ut ſuperiora,aliud dicat,aliud ſentiat.*

Pag. 419 *Nullam putauit ſibi excuſationem*) *Nullam ſibi putauit excuſationem,o.l.u.& lenius.*

419 *Non expectauit noſtra decreta*) *Veſtra,o.l.u.*

419 *Decernendi enim tempus nondum nouerat*) *Venerat,o.l.u.perſpicuè uerum.*

419 *Nihil decerni poſſe*) *Nihil poſſe decerni,* Lang.& *cæteri.& numerus Tullianus.*

419 *Et clariſsimorum hominum*) *Et ut clariſsimorum hominum,o.l.u.quod placet.*

419 *Crudeliſsimam ulciſceretur necem*) *Pro Vlciſceretur,* Lang.*Puniret.cæteri Puniretur. quos ut ſequar,numerus facit.*

Pag. 420 *Penates,aras,focos*) *Penates,ab o.l.u.abeſt.*

420 *Leges,iura*) *Iudicia,non Iura,o.l.u.*

420 *Dij meliora*) Lang.& *cæteri u.l.Det meliora.recentiores cum impreſsis faciunt: & rectè.quod enim Græci* εὐφήμει, *noſtri Dij meliora, dicunt. Id apparet apud hunc ipſum in Catone maiore,Bene Sophocles,cum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret, uteretur'ne rebus uenereis,*

Dij

Dij meliora,inquit:libẽter uerò iſtinc,tãquã à domino agreſti ac furioſo,profugi. At Plato, *à quo locũ illum totidẽ penè uerbis trãſtulit,* πῶς ἔφη ὦ σοφόκλης ἔχεις πρὸς τ' ἀφροδίσια,ἔ τι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίνεσθαι·καὶ ὅς,εὐφήμει ἔφη ὦ ἄνθρωπε.ἀσμενέστατα μέν τοι αὐτὸ ἀπέφυγον,ὥσπερ λύττωντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. *utitur etiã* Liuius,*Si ſpopõdiſſemus urbẽ hãc relicturũ populũ* Ro? *ſi incenſurum? ſi magiſtratus,ſi* Senatum,*ſi leges non habiturum? ſi ſub* Regibus *futurum?* Dij *meliora, inquis.* Et *alibi,* Bacchis *initiari uelle.id ubi mulier audiuit,perturbata,Dij meliora, inquit.*Plene Tibullus *enuntiauit,Dij meliora ferant,nec ſint mea ſomnia uera.* Idẽ Græcum *uerbũ pluribus exprimens,* Dicamus *bona uerba : uenit natalis ad aras.* Terentius *imminute,* Bona *ucrba quæſo.* Nec *in rebus diuinis aliud erat* Fauere *linguis,quàm* εὐφημεῖν.*Ouidius,*

Euinctus uitta crines albente ſacerdos,
En deus eſt,deus eſt : animis linguiſque fauete,
Quiſquis adeſt,dixit.Sis ò pulcherrime uiſus
Vtiliter,populoſque iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt,uiſum ueneratur numen:& omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata,piumque
AEneadæ præſtant & uoce,& mente fauorem. Euripides *autem in* Iphig. στὰς δ' ἐν μέσῳ ταλθύβιος, ὧ τόδ' ἦν μέλον,εὐφημίαν ἀνεῖπε,καὶ σιγὴν στρατῷ.

420 Viderũt *enim ex mendicis)Sic o.lu.Sui enim ex me didicerunt repentè fieri diuites.ut fortaſſe corrigendum ſit, Sic enim ex mendicis didicerunt repentè fieri diuites.*

420 Nos *libertatem noſtris militibus)* Nos *noſtris militibus libertatem.o.l.u.*

Pag. 421 Facere *commode nõ poſſem)* Commode *facere non poſſem,o.l.u.*

421 Immo alia cauſa iuſta) Nulla, uel Nō, uidetur deeſſe.

421 Honeſta ratio) Eodē modo l.s. ut impreßi. ego tamē, ut quod ſentio, dicam: Oratio magis probo: ut illud Terētianum, Quæ ſeſe uoluit in ignem conijcere prohibui, ſeruaui. honeſta oratio'ſt. Et huius ipſius de Off. Vulgo loquūtur, ſeſe in beneficijs collocandis mores hominum, nō fortunam ſequi. honeſta oratio. Et de Fin. bon. & mal. Cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatā uitam deeſſe ſapienti. honeſta oratio. Et in v i i. Accu. An bello fugitiuorum Siciliam uirtute tua liberatam? magna laus, & honeſta oratio.

421 Pater tuus, quo utebar ſene autore adoleſcens c.) Sic Lang. Quid pater dein tuus, quo utebar ſene adoleſcens. Alij pro Dein, Denique. Olim alij, quod probo. Videbatur deeſſe Nō, quod poſtea in i i i. l. s. inueni. ſic igitur emendandum eſt, Quid pater olim tuus, quo utebar ſene adoleſcens, homo ſeuerus, & prudens non primus omnium. c.

421 Num igitur eum, ſi tum eſſes, temerarium ciuem. c.) Num igitur, ſi tum eſſes, eum temerarium ciuem. c.

Pag. 422 P. Lentulū principē Senatorē) Eodē modo. l. s. ut impreßi. ego, Principē Senatus. ut Dion, ut cæteri rerū ueterū narratores, ut M. Tullius in Diuin. appellat, Tū, cum P. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit. Et cōtra Rul. Quod cū à maioribus noſtris, P. Lētulus princeps Senatus in ea loca miſſus eſſet. Quid multa? adeo huius illuſtre nomen, adeo peruagatū erat, hūc principē Senatus fuiſſe, ut ipſum deſcribere cum uolūt, ſatis habeant, principē nominare. ut Cicero de Orat. Prædicarēq; P. Lentulū principē illū. & in Bruto, Tū etiā P. Lētulus ille princeps. c. Id aūt aſſeuerāter affirmo non ſolū ob eā cauſam, quòd Senatus & id genus cætera per notas ſignificabātur: ſed hac etiā ratione ductus, quòd neceſſariū mihi uidetur, nō modo ueriſimile, M. Tulliū, cū ſententiam

tiam Fuſij uellet grauiſsimorũ uirorum autoritate refellere quorũ exẽplo id aſſequi uolebat, eos, quã honorificentiſsimè poſſet, appellaſſe. itaq; & Q. Metellum, cuius IIII. F. conſulares dixit: ut ex eo colligeres, nõ ſolum quàm honoratus, uerùm etiã quàm natu grandis, atq; adeo prudens eſſet: & P. Lentulũ, non principẽ Senatorẽ, quod erat, unum propè de multis eſſe: ſed Senatus: ut intelligeres, qua grauitate, qua ſapiẽtia, quo rerũ uſu præditus: qui princeps Senatus ex tot talibus'que Conſularibus unus potiſsimum à Cenſoribus, & Cenſoribus eorum temporum lectus eſſet: qui tamen contra ſententiam Fuſij non omneis ciues ſaluos eſſe uoluiſſet.

422 Quid complures alios. c.) *Quid, ab o. l. u. abeſt.*

422 Gracchus, & M. Fuluius cõſulares) *Cõſularis ſine dubio corrigendũ eſt: etſi oẽs L. cõtra faciãt: ſiquidẽ C. Gracchus Tribunitius interfectus eſt, ut oẽs hiſtorici narrant. M. Tullius in Cat. Interfectus eſt propter quaſdã ſeditionũ ſuſpiciones C. Gracchus clariſsimo patre natus, auis, maioribus: occiſus eſt cũ liberis M. Fuluius conſularis. Et quoniã de M. Fuluio cõſulari agimus: locũ illũ ualde deprauatũ corrigamus, qui eſt in IIII. oratiõe cõtra Catilinã, Cũ aui iuſſu Cos. interfectũ, filiũq; eius impuberẽ ligatũ à Pr. miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. Ego ſic, Cuius aui iuſſu Conſularem ĩterfectũ, filiũq; eius impuberẽ Legatũ à patre miſſum in carcere necatũ eſſe dixit. Cõſule Velleium, & Plutarchũ: diſceſſeris in ſententiã meam. Lentulũ autẽ principem illum Senatus, auum fuiſſe Lentuli Suræ, Dion memoriæ tradit.*

422 Vri, ac ſecari, quod noceat, patimur) *Sic Lang. & cæteri ferè, uri, ſecariq; patimur ut aliquid membrorum potius. c. multò elegantius.*

422 Te uidiſſe plus, quàm me) *Te plus, quàm me uidiſſe, Lang. & alij nonnulli.*

Sanctum,

422 *Sanctum,temperatum)Temperantem,o.l.u.*

Pag. 423 *Ego huic uidelicet faueo?)Sic o.l.u.Ego huic, uel illi uidelicet faueo : tu illi. quo modo tamen* M. Tullius *(quod ſciam) nunquam locutus eſt.*

423 Quouſq; *enim pacem dicis uelle te?)* Dicis pacem *uelle te?o.l.u.*

423 Ergo te,*cum in Maßiliẽſes.c.)*Ego te,*o.l.u.rectè.*

423 *Maßiliam expugnabis?)*Oppugnabis,*o.l.u.rectè.*

Pag. 424 *Vt nunc ſis popularis)* Nunc ut *ſis popularis,o.l.u.ſummopere placet.*

424 *Ante Cõſules,oculoſq; lagatorum)* L.Lang.*Conſulem.* Nonnulli *Cos. ego, Conſulis : ſiquidem ſolus* Hirtius *Cos.aderat. quiſpiam fortaſſe* Conſulum *: ut intelligas* Hirtium *iam* Conſulem,*&* D. Brutum *deſignatum:ut in* XIII. Phil. *Contra* IIII.*Coss.gerit bellum.*

424 *Adhuc legatos)*Ad hunc,*o.l.u.perſpicuè rectum.*

424 *Armis, equis,uiribus)* Vbi *ſunt qui uni libro ita ſe addiciũt,ut nõ modo præ illo cõtẽnant cæteros, ſed etiã legere negligant? negligant aũt?imò uerò, dũ ipſum pugnaciter defendunt,turpeis in errores ſæpe labantur.* Quorſum *hæc? dices. ut intelligas ueteribus libris habendã fidẽ omnino maiorem,quàm recẽtibus : ſed ita tamẽ: ut hi nõ funditus repudiantur: ſiquidem ab emẽdatis poſſunt eſſe deſcripti: nec illi ſemper oracula fundere iudicentur.* Ego(*ut ſcis*)*duobus abhinc annis,pro* Viribus,Viris *repoſuerã : quibus rationibus adductus,poſtea dicã.*Verũ *ego qui is ſemper fui,ut etiam ſi mecum omnia facerẽt,aſſenſionẽ tñ uſq; cohiberẽ,dum mihi quis liber aſſentiretur : cũ* Marcelli Ceruini Cardin. *beneficio hic* Lang. *literis cõſcriptus in manus perueniſſet, & alij multi ueteres libri:nihil mihi prius fuit, quàm ut hũc locum uiderẽ.*Libros *igitur aperio,inſpicio, uideo nihil ab impreſ-*

ſis diſc

ſis diſcrepare. Ecce aũt non ita multo poſt tuã profectionem Paulus Ricardus, homo cum optimis ſtudijs deditus, tum ſtudioſorũ omniũ atq; in primis tui ſtudioſiſſimus, librũ, non illum quidẽ uetuſtũ, ſed tamẽ ſcriptũ, ad me Neapoli uſq; perferendũ curat. In hoc cũ multa alia præclara, tum hoc, quo de agimus, inuenio. Viris autẽ pro Viribus repoſueram, his rationibus impulſus. Primum quòd illa uerba, Armis, equis, uiribus, cũ indigna Ciceronis elegãtia, cum à nullo ſcriptore uſurpata, tum nequaquã inter ſe cohærentia uidebantur. At, Armis, equis, uiris, & cõcinna, & locupletiſſimis autoribus uſitata, & inter ſe belle conuenientia. Liuius l. x x x v. Omnẽ ſe Græciam armis, equis, uiris, omnẽ oram maritimã cõpleturum. Et l. x x i i. Armis, uiris, equis, comeatibus iuuant. & l. x x x i. Terrebat ex aduerſo hoſtis, omnẽ ripam equis, uirisq; obtinens. Et v. Quacunq; ibant, equis, uirisq; lõge, ac late fuſo agmine immenſum obtinẽtes loci. Salluſtius, Equis, uiris, pecunia amiſſa nũquã defeſſi ſunt armati de imperio certare. Idem, Nullius idoneæ rei egens, armis uirisq; opulentũ. Et hic ipſe in x i i i. Philip. Armis, uiris, pecunia belli principia firmauit. Quid multa? ex diuturna obſeruatione didicerẽ, præclaros Latinitatis autores, cum equitatũ, & peditatum ſignificare uellent, ita locutos eſſe, ut dicerent Equos, uiros: idq; adeo tritum fuiſſe, ut ueniret in prouerbium, ut cũ aliquid uel totis uiribus, uel omni celeritate factum oſtenderent, his duobus uerbis deſignarent. Cicero de Off. Cum his, uiris, equisq; (ut dicitur) ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſentẽtia eſt, decertandum eſt. & i i. l. ad Q. Fr. Curſu corrigã tarditatem, tum equis, tum uiris: et quoniam ſcribis pœma ab eo noſtrũ probari: quadrigis poëticis. Et in ep. ad Var. Nunc quando confecta ſunt omnia: dubitandum non eſt, quin equis, uiris. c. Suprà enim dixerat, Antea te calu-

mniatum

mniatus ſum. Nō ignoro, quid tradat Eraſmus: ſed et ipſe tota (ut dicitur) errauit uia: & tanquā dux non bonus multos alios in eundē rapuit errorem: nam primū omnes libri contra ipſum faciunt: deinde quid equis cum uelis? pugnam, inquit, equeſtrem ac naualem ſignificat: perinde quaſi aut terreſtribus bellis omnia ſint in equis, aut maritimis in uelis: ac non potius hæc remo, illa pedite maximam partem conficiantur. Quis porrò Græcorū, quis noſtrorum hoc prouerbium uſurpauit, ut ſiquis quærat, quid ſit, cur libros ueteres tantopere deſpexerit, pro nihiloq́; putauerit, id aliquo tamē autore feciſſe uideatur? ſed nimis multa de re perſpicua.

424 *Multo melius hæc tunc. c.) Sic omnes l. u. Multo melius hæc cauſa ageretur à tribus, quàm nunc agatur ab uno.* Nonnulli *pro Agatur, Agitur.*

424 *Deſerti, deſerti inquam) Extrema uerba ab omnibus l. u. abſunt.*

424 *Quamuis illi de illo) Illi, à l. u. abeſt.*

424 *C. Pompilius apud maiores) Popilius, nonnulli u. l. quod Liuius approbat: qui hanc eandem rem l.* XXXIIII. *referens, Moti, inquit, Patres precibus Alexandrinorum extemplo C. Popilium Lenatem, & C. Decimium, & C. Hoſtilium legatos ad finiendum inter Reges bellum miſerūt. Popilijs autem cognomen fuiſſe Lænatibus, Romæ apparet in tabula marmorea miræ uetuſtatis, in qua multorum ex ordine Coſs. nomina inciſa ſunt. ex qua etiam didici, non Popilius Lenas, ut eſt ſcriptum apud Liuium, ſed Popillius Lænas eſſe ſcribendum.*

Pag. 425 *Verbis Senatus nūtiaſſet) Denuntiaſſet. Sc. lib.*

425 *Vt ab Alexandria diſcederet) Alexandria, o. l. u. ego tamen ſequor impreſſos.*

425 *Non antea renuntiaturum) Ante, o. l. u. rectè.*

Auctorit

425 *Auctoritatem Reipub.*) P.R. *nonnulli u.l.*

425 *Cui qui non paret*) *Cuius qui,o.l.u.ut fortaſſe corrigendum ſit, Cui is qui.*

425 *Ipſe eſt potius repudiandus*) Totus pro Potius,o.l. *u.rectè.ſic ad* Att. Negem? *repudiari ſe totum magis etiam, quam olim in* x x. *uiratu putabit.*

425 *Si uere tum fuit* AEdilis) *Si uerò, o.l.u. elegantius mihi uidetur.*

425 *His etiam præmia poſtulet?*) Poſtulatio.l.u.

Pag. 426 *Nucula hoc credo admonuit*) Hoc,ab o.l.u. *abeſt.*

426 *Quicquid cõtra legẽ cõmiſerũt*) Ego ſic, *Qui quid contra.c.ut illud paulo infrà.* Eorũ *qui cum* Antonio *ſunt,qui ab armis diſceſſerint.pro Commiſerunt Commiſerint,l.u.*

426 *Galliam inquit remitto*) *Galliam inquit totam remitto,* Lang. & Sc. *Germani pro* Totam Togatam *repoſuerunt.quod placet.*

426 *Hisq; ſuppleti*) Iis,*omnes l.u.*

426 D. Brutus, C.*Caßius* Coss.) *Nonnulli s.l.* M.Brutus.*quod probo : ſiquidem* C. *Caßij* M.Brutus *in Conſulatu futurus erat collega,non* Decimus.

426 *Huius comitijs* C. Frater : *eſt enim iam annus ut repulſam tulit*) *Sic plerique l.u.in* Queis Lang.*Huius comitijs* C.Frater,*eius eſt enim annus, iam repulſam tulit.* Non*nulli hoc amplius,*Vel Proconſulis *huius comitijs,c.alij,* Vel Proconſul *huius comitijs. alij ſic,* Vel *huius comitijs* C.Frater : *eſt enim annus.c.*

426 *Ipſe autẽ ut quinquennium*) Ipſe aũt,*à l.u.abeſt.*

426 **At iſtud uetat lex Cæſaris, & tua*) *At iſtud tua & lex Cæſaris defendit.*Lang. & *cũ eo pleriq;. nonnulli ſic,* At *iſtud tu &* L. *Cæſar defendit.Locus meo iudicio mendoſus.*

Vobisq;

426 *Vobisq́;* M.*Antonius.c.*)*Que,ab o.l.u.abeſt.*

Pag. 427 *Huic ſe etiã ſummis honoribus hi*)Lang.*pro* Hi,Hic.*nonnulli,* Et ſe.Hi *ſe,alij. ego,Vſi correxeram. opinionem meam* Bernardini *Maffæi liber approbauit.*

427 *Nõ animis ſolũ debet,ſed oculis*)Sed *ẽt oculis,o.l.u.*

427 *In cubiculum admittere,& reducere*)Etiam *reducere,o.l.u.*

427 *Aut libertas parta eſt uictori*)Pro *parta,*Lang.*& alij nonnulli u.l.*Parata.quod *placet.*

427 *Togati eſſe ſolent*) Togati *ſolent eſſe,o.l.u.*

Pag. 428 *Ita gerimus nos*)Ita *nos gerimus,o.l.u.*

428 *Quibus gerã morem*)Quibus *morẽ geram,o.l.u.*

428 Ante Idus Martias) *Hoc amplius,o.l.u.* Ante Idus *Martias primas.et præclarè: ſic enim loquebantur antiqui, ut dicerent,*Ante Idus,*ante Calend.primas,id eſt quæ futuræ erant ab eo tẽpore primæ: ſecundas,quæ poſt eas anno proximo.*Cato de re Ruſt. *Locus uinis dabitur ante Cal.*Ianua. *primas.& paulò infrà, Vinum accipito ante Calẽd.* Ianuar. *primas.&* Liu.l.XIII. *Vt frumenta omnes ex agris ante* Cal.Iul.*primas in urbes munitas conueherent. &* l.XLII. *qui ex caſtellis deditis in libertatẽ reſtitutus ante* Cal *Sextileis primas non eſſet.* In *tabula quoque ænea uetuſtiſsima cum reliquis uerbis hæc quoq; inciſa ſunt,*Vectigal *anni primi* K. Ianuaris *ſecundis* Veturis Langenſes *in poblicum Genuam dare debento.*Quod ante K.Ianua.*primas* Lãgenſes *fructi ſunt,eruntq́; uectigal inuitei dare nei debento. & paulò infrà,*Ante eidus *Sextileis primas.*

428 *Si quis poſt hæc*)Siquis *poſt hoc* S.C.o l.u.

PHILIPPICA IX.

Pag. 429 *Ser.Sulpitio*) Sulpicio,Lang. *& ita ſcribi oportere,ueterum monimentorum inſcriptiones indicant.*

Renunci

429 Renunciare legationem) Legationem renuntiare, o.l.u.& oratio procliuius currit.

429 Et nobis gratus fuerit) Vobis,L.Lang.& Sc.

429 Non quod L.Philippo) Non quo, o. l. u. quod placet. ut in III.l. de Or. Non quo (ut neſcio quos dicere aiebant) acui ingenia adoleſcentium nollem, ſed contra.c.Et in ep.ad Ap. Pulchrum. Non quo quiſquam aliter putaſſet, ſed.c.& ſexcenta alia,quæ breuitatis cauſa relinquo.

429 Subito ereptus) Subito ereptus è cauſa,o.l.u. quod placet: erat enim profectus,ut cauſam Senatus ageret.

429 Sibi ipſi diffideret) Sibi ipſe,o.l.u.rectè.

429 Opem Reip.afferre) Ferre,o.l.u.ualde placet.

429 Ad ornandum Ser. Sulpitium) Ad honorandum Ser.Sulpitium,o.l.u.

Pag.430 Cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet.c.) Sic IIII. libri ueteres, in queis Lang. Cui legatio ipſa morti fuiſſet.quod uehementer probo: ut enim Hoc fraudi, pœnæ, crimini,ſic,morti eſt,rectè dicitur.M.Tull.pro Flacco,Quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura decumæ,portorium morti.

430 A quo ipſa exēpla nata ſunt) Quo,nō A quo,o.l.u.

430 Lartes Tolumnius) Sic Lang.Lar ſtolumnius Rex Veientium.Alij,Lars Tolumnius. ſi Priſcianus aliquid apud nos ponderis habet, Lar ſcribendum eſt: cuius uerba ſubſcripſi:Lar ſi ſignificat κατοικίδιον θεὸν,Laris facit: ſin autem imperatorem Veientium, quem mactauit Coſſus, Lartis.hoc idem Cariſius tradit.

430 Nemo enim tum nouitati inuid.)Enim,à l.u.abeſt.

430 Vt nepotem Antiochi regis) Hoc amplius o.l.u. Antiochi regis, eius qui, & rectè; hoc enim pronomine uel maxime quiſq; optimus Latinitatis autor utitur, ad id,quod

declarari uolunt, apertè demonſtrandum: ut hic ipſe in Diuin. Tum cum P.Lentulus, is qui princeps Senatus fuit. & Caeſ.l.I I I.bel.Ciuil.In eo numero Valerius Flaccus L.filius, eius qui praetor Aſiam obtinuerat.

430 Laodiceae)Laodiciae,o.l.u.Graeci certè λαοδικεῖαν.

430 Tullo Cliuio) Sic Lang. Tullio Cluuio, & L.Roſcio, & Sp.Actio, & C.Fulcinio. Liuius ſic, Claelium Tullum,Sp.Antium, & C.Fulcinium, L.Roſcium. Plinius,Tullium Celium.L.Roſcium,Sp.Martium Fulcinium.

430 Qui profuſus eſt in morte) Qui eſt profuſus in morte,o.l.u.

430 Mors ob Remp.habita) Lang.Pro Rep.habita.ego ſequor impreſſos.hoc amplius, quòd Obita ſcribendum arbitror:ut pro Sext.Quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atq; in Roſtris collocatos uidetis.& paulò antè, Statua huic ob Rempub.interfecto in foro ſtatueretur.

430 Luctu publico eſſe honorandam) Eſſe ornandam, pleriq; l.u.nonnulli pro Eſſe ornandam,Exornandam.

Pag.431 Fideliſſimaeq; coniugis) Que tollendum autoritate omnium ueterum librorum atq; etiam, ut mihi quidem uidetur, elegantiae.

431 Diſſimulem ſe futurum ſui: ſi paruiſſet, munus, &c.) Sic omnes l.u. Diſſimulem ſe futurum ſuis & munus c.ut fortaſſe corrigendum ſit, Diſſimulem ſe futurum ſui, ſet munus.c.

431 Qua iter faciebat) Iter qua faciebat. Lang. & alij nonnulli u.l.

431 Ille properans, feſtinansq;) Que, à Lang.& alijs nonnullis u.l.abeſt.

431 Ad poſteritatis etiam) Etiam ad poſteritatis, o.l.u.

431 Quin honorem mortuo,cui iniuriam uiuo fecimus, faciam

ſaciamus) Sic o.l.u. *Quin honorem mortuo, quam uiuo iniuriam fecimus, ſarcimus.* & *præclarè mea quidem ſententia, ſi unum modo tanquam apicem, qui m literam notat, litura ſuſtuleris in hunc modum, Quin honore mortuo.cætera eodem modo: ut ſit,* Honore *ſorciamus mortuo hanc iniuriam, quam uiuo fecimus.* Ita *locutus eſt Cæſar libro tertio belli Ciuil.Dandam omnibus operam,ut acceptum detrimentum uirtute ſarciretur.*Et *paulò infrà,*Tantus *inceßit ex incommodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ.* Portius Lat. *AEquum enim eſt, inſtituta maiorum, atq; edicta grauißimi, ſanctißimiq; ordinis quia perſtringere ueſania tua non es ueritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicij tui memorabili animaduerſione.*

Pag.432 *Tum filium, meq; ſeduxit*) Sic o.l.u. Tum Pi*lium equitem ſeduxit: ut fortaſſe ita corrigendum ſit,* Tum F.*meq; item ſeduxit.*

432 Vt *auctoritatem ueſtram uitæ ſe diceret anteferre*) Hoc amplius, o.l.u. Vit*æ ſuæ ſe.c.* & *eleganter,* & *ex præſcripto: dixerat enim.* Autoritatem *ueſtram.*

432 *Aduerſari eius uoluntati*) Eius *aduerſari uoluntati, liber unus,* & *alter: in queis* Lang.& *numerus plenior.*

432 *Perturbationi eius*) Eius *perturbationi,o.l.u.aures conſule: probabunt.*

432 *Nulla eius legationis poſteritatē*)Sic o.l.u.*Nulla eius legationē poſteritatis inobſcurabit obliuio. perſpiuè rectum.*

432 *AEquitate explicandis*) Explicanda, *o.l.u. placet. ſic enim locutus eſt in* Bruto, *Sic in interpretando, in definiendo,in explicanda æquitate nihil erat* Craſſo *copioſius.*

432 *Omnes qui ex omni ætate*) Omnes *ex omni ætate, qui, o.l.u. quod multò concinnius eſt.* Quod *autem ſequitur,* Intelligentiam *iuris:* Iuris *in u.l.non reperitur.*

432 *Monumentum gratiæ Senatus.*) L.u. partim Gratiæ, nonnulli Gratia, Gloria alij. ego, Grati. ex ſe intelligitur, nec ulla indiget apprabatione.

Pag. 433 *Vt ille ſi adeſſet.*) Vt ſi ille adeſſet, o.l.u.

433 *Eſt enim ita affectus.*) Eſt autem, o.l.u. probè. nonnulli, ut Lang. pro Affectus, Afflictus.

433 *Attinere*) Pertinere, l.u.

433 *Debitum patri*) Patri deditum, o.l.u.

433 *Relinquere potuerit*) Potuit, o.l.u. quod placet.

433 *Hoc honore ueſtro.*) Hoc, delendum, omnibus libris autoribus.

433 *In familiaritate noſtra.*) O.l.u. In noſtra familiaritate. & oratio numeroſior.

433 *Qualis L. Syllæ prima ſtatua eſt.*) Qualis eſt, l.u.

433 *Magnifice enim.*) Mirifice, liber unus non mediocris uetuſtatis.

433 *Huius ſeculi inſolentiam.*) Huius inſolentiam ſeculi, Lang.

Pag. 434 *Cui nullus honor tribui non debitus poteſt.*) Sic l.u. Cui nullus honos non debitus tribui poteſt.

434 *Cui nullam aliam gratiam.*) Cui nullam iam aliam gratiam referre poſſumus, o.l.u.

434 *Ser. Sulpicius & priuatus, & in magiſtratibus fuerit. cum talis uir ob Remp.*) Hæc uerba deſunt in omnibus l.u.

434 *Quod hic ob Remp.*) Is, o.l.u.

434 *Quæſtoribus urbis imperent.*) Q. urbi, o.l.u. ueteres. ego, Q. urb. hoc eſt, Quæſtoribus urbanis. Idem mendū in V. libro accuſ. Quas ad quæſtores urbis miſit. Et III. Quē prætorem urbis. Et apud Liuium multis in locis. Hæc enim per notam ſcribebantur Vrb. quæ in eiuſmodi rebus non Vrbis, ſed

Vrbanum ſignificat.

434 *Tantam pecuniam redemptori ſoluendam.*) O.l.u. *Redemptores ſoluendam.ut fortaſſe ſic emendandum ſit, Redemptori exſoluendam: ut illud Terentianum, Quare ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exſolui. & ita ſcripſiſſe antiquos, ex ueteribus monimentis apparet. Statuam patrono præſtantiſſimo teſtimonium gratulationis exſoluimus.*

Pag.435. *Ser. Sulpitij Q.F. Lemoniæ Rufi.*) *Sic omnes lego, Lem. Lemonia ſcilicet ſexto caſu. Lemonia tribus, inquit Sext. Pōpeius, à pago Lemonio appellatur, qui eſt à porta Capena, uia Latina. Aſconius locū illum interpretans, Romilia, Verrem Romilia, inquit, nomen eſt tribus ablatiui caſus: ut ſit, Ex Romilia. Tribus enim urbanæ, ruſticæq́; omnes* XXXV. *numerantur: ex quibus aliquam neceſſe eſt, cuiuſq; ordinis fuerit, ciuis Romanus obtineat. Moris autem fuit, cum aliquis ciuis Romanus oſtendendus eſſet, ſignificaretur aut prænomine ſuo, aut nomine, aut cognomine, aut cōgnatione, aut tribu, in qua cenſeretur. ſic alibi ait, L. Claudius Palatina. Librarij, moris huius ignari, ſimulq́; (ut opinor) cognomen arbitrantes, ut hoc ſuperioribus uerbis accommodaretur, Lemoniæ patrio caſu extulerunt.*

435 *Pedes triginta quaq; uerſus deſignet.*) O.l.u. *Quoquo uerſus aſſignet. recte: hoc enim uerbum uel maxime ponitur in monumentis, ac limitibus. unde illud in marmoribus antiquis, Locus aſſignatus monumento. Cicero libro* III. *ad Atticum, Mihiq́; ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt. Quod ad Quoquo uerſus attinet, ita uerum mihi uidetur, ut in illo quoque altero loco haud ſciam an reponēdum ſit. ſiquidem Cato, Cæſar, cæteriq́; primæ, ut ita dicam, claſſis autores, modo Quoquo uerſus, modo Quoquo uerſum, nunquam Quaq; uerſus uſurparunt.*

PHILIPPICA X.

Pag.435 *Non habiturum arbitraremur.*) Habiturum *non arbitraremur.*

435 *Cum factũ gratum.*) *Cum factum tuum gratũ,o.l.u.*

435 *Quod ego ſemper ſenſi.*) *Semper, ab omnibus libris ueteribus abeſt.*

435 *Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram.*) Sic *omnes l.u. Quas enim ſententias mihi ipſe ſumpſeram. quod ualde placet.*

Pag.436 *Quæ eſt enim iſta tua oratio Calene*) Eodem *modo libri ſcripti, ut impreßi: mihi tamen dubium non eſt, quin* Ratio, *non* Oratio, *rectum ſit: ut ſit, quemadmodum illud in* V I I.Philip.Excogitare, *quæ tua ratio ſit, Calene non poſſum.*Idem *paulò infrà commutatis uerbis dicit.Quis eſt iſte tuus ſenſus, quæ cogitatio?*

436 *Qui te ſententiam prius rogat*) Non Prius, *ſed* Primum, *o.l.u.optime:ut in* V.*Sic me perturbaſſet eius ſententia, qui primus rogatus eſt.* Et *in* Piſ. *Quem in Senatu ſententiam rogabas tertium? Idem commutatis uerbis dixit poſt red.ad* Sen. *Quem* Cal. Ian. *tertio loco ſententiam rogaras.Quid multas? illo modo barbare locutus eſſet.*

436 *Quod mihi maximam admirationem mouet*)*Quod me maxima admiratione mouet,o.l.u.*

436 *Quod enim tibi cum* Brutis *bellum?*) *Sic o. l. u. Quod eſt tibi.c.*

436 *Quod omnes uenerari*)*Quos omnes penè uenerari,o.l.u.quod ualde placet.*

436 *Omnes oderunt*) *Cæteri oderunt,o.l.u.*

436 Bruti *ſimilem malis*) Bruti'*ne ſimilem,o.l.u.apertè rectum.*

436 *Cur igitur his non faues? eos laudas.c.*) *Cur nõ eos*

laud

laudas. quidam in ſuis l. repoſuerunt: quod iudicauerint (credo) hæc uerba deeſſe. nam in l. quidem ſcriptis non reperiuntur. Ego, ſi teſtificari licet, non affirmare ſententiam ſuam: pro Eos, Quos *reponendum arbitror, hoc modo. Cur igitur his non faues, quos laudas, quorum ſimulem filium tuum eſſe uis? ut hoc illi reſpondeat,* Brutus *melior eſt.* Illud *nonnihil concinit opinioni meæ, quòd incredibile eſt, quàm hæ literæ,* C, *&* Q, *ſcilicet, altera alterius locum occupet: idq; non ſolum ueteribus in libris, ſed etiam monumentis appareat: ut* Liquiſſe *pro* Licuiſſe: Loci *pro* Loqui: Cuando *pro* Quando: Corum *pro* Quorum: Coad *pro* Quoad: *ut primo* Quos *in* Cos: *deinde* Cos *in* Eos *mutari facile potuerit. Libros tamen tueri poſſumus, non ſuggerendo* Cur *non: ſed duobus membris, ut ſæpe fit, accommodando. ſed quod teſtatus ſum, multò magis arridet.*

436 D.Brutus *melior eſt, inquies) Sic impreſſi. nec ſcripti differunt. ego tamen, nunquam ita ſcriptum à* M.Tullio, *uel iurare non dubitarem. nam cum omnis hæc oratio & de* M.Bruto, *& pro* M.Bruto *habeatur: &* M.Tullius *de Fuſio quærat, Bruti'ne ſimulem filium, an Antonij malit: ut ita reſponderit, adduci ad credendum nullo modo poſſum. Quare aut* M. *pro* D. *reponendum, aut utrunq;, quod etiam magis placet, de libris tollendum.*

Pag.437 Q*uod quid eſt aliud, quàm)* Q*uid eſt aliud librarium* Bruti *laudare: abſq;* Quod, *&* Quam. *ſ. nonnulli u.l. quod placet.*

437 *Aut quo* S.C. *huius generis)* A*ut quod, o.l.u. & rectè: ut ſit,* Q*uando ita decerni uidiſti? aut quod* S.C. *eiuſmodi uidiſti? decretum ſ. à* Senatu, *literas bene ſcriptas.*

437 *Pleriſque in rebus bonos obtrectandi.)* Bonis *probo: etſi omnes l. contra faciant, nec me prætereat,* Liuium

h 4 eodem

eodem modo extuliſſe, Cuius crimen,nullum probrum dicere poterat, eius obtrectare laudes uoluit. Eſt tamen exemplum ſolitarium.poteſt liber eſſe mendoſus.ſed ut illud uſitatum, hic ſine mendo ſit: ut uno eodemq; ambitu,primo per accuſandi, deinde per dandi caſum enuntiarit, adduci ad ſuſpicandum nullo modo poſſum.

437 *Pro amicitia tua iure dolore ſoleo.)* Pro amicitia tuam uicem dolere ſoleo,o.l.u.perſpicuè rectum.

437 *Nempe illas)* Eas, o.l.u.ut in proxima oratione, Quos ego orno? nempe eos. & in IIII. Acc. At quorum iudicio condemnatum? nempe eorum.

437 *Ab Rep.relegatum)* A' R.p.omnes l.u.

437 *Quem tandem ciuem habebitis,quem ornetis?)* Sic o.l.u. Quem tandem ciuem unquam ornabitis?

437 *Qui diadema poſuerunt)* Sic omnes l.u. Qui diadema impoſuerint,conſeruãdos: eos,qui regis nomẽ ſuſtulerint. Apud Nonium Marcellum non Regis,ſed Regni ſcriptũ eſt.

437 *Auctoritate publica teſtata eſt.)* Publica autoritate, o.l.u.

437 *Tantam in iniuria tranquillitatem)* In iure,o. l. u. quod tamen abiudico.

Pag.438 *Sceleratorum hominum audaciæ)* Sceleratiſſimorum,o.l.u.

438 *Cædentem Italia)* Cedentem,o.l.u.

438 *Caſsius lapſis paucis poſt diebus)* Caſſij claſſis, o.l. u.quàm præclarè,dicere non poſſum.de Caſſij claſſe ad Att. Nam Caſſij claſſem, quæ planè bella eſt, non numero ultra fretum.Nam quòd ipſe quoq; Brutus in Græciam cum claſſe tranſmiſerat: idcirco ſubiunxit,Caſſij claſſis paucis poſt diebus inſequebatur. Libri impreſſi meram barbariem redolẽt.

438 *Agger oppugnandæ Italiæ Græcia)* Nonnulli u.l.

Expug

Expugnandæ, ſed mea quidem ſententia mendoſe: his enim uerbis, ac ſuperioribus mihi uidetur exprimere uoluiſſe illa Xenophōtis, quæ ſunt in l. V. παιδείας. ὅπως φρούριον ἑαυτοῖς μὲν πρόβολος εἴη πολέμου, τοῖς δ' ἀσυρίοις ἐπιτετειχισμένον. πρόβολον Græci dixerunt locum & munitione, & natura munitum, quò incurſantibus in fineis hoſtibus ſe recipere, atq; inde propugnare poſſent: ex quo autē ipſi procurrerēt, ut hoſtes oppugnarēt, atq; in eorū fines inſultarent, id ἐπιτείχισμα nominauerūt. Demoſthenes 1. Philip. ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας. quo loco interpres, ἐπιτείχισμα τόπος ὑψηλὸς ὃν προκαταλαβόντες πολέμιοι ἐτείχισαν διὰ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. Hoc uno uerbo cum Tullius reddere non poſſet, duobus expoſuit: illud alterum receptaculum appellauit. ut Cæſar l. 11. bel. ciu. Magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſtello, & receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent: quam primo ad repētinos incurſus humilem paruamq; fecerunt. huc ſe referebāt: hinc, ſiqua maior oppreſſerat uis, propugnabant. Magis tamen propriè propugnaculū nuncupari poſſet. ut pro Fōteio, Narbo Martius propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & obiectum. ſed ad hunc locum non ſatis aptè conueniret. Oppugnandæ igitur conuenit, non Expugnandæ.

Pag. 439 Circunſedet) Circunſedeat, o. l. u.

439 A prima ora Græciæ) A primori Græcia, o. l. u. quod ita reijcio, ut tamen, quid tot libri ſentirent, teſtatū relinquere uoluerim. reijcio autem cum M. Tullij autoritate permotus, qui in epiſt. ad Caßium de eadē re non alio modo, ſed iiſdem penè uerbis: A prima enim, inquit, ora Græciæ uſq; ad Aegyptum optimorū ciuium imperijs munitierimus & copijs. tum uerò quòd extra unum Catonem, qui Primo-

rem partẽ dixit,reliqui autores(de locupletibus loquor)hoc non ut ſingulare uocabulum,ſed ut multitudinis extulerunt.

439 *Niſi incredibilis uis, ac diuina uirtus Cæſaris, furentis hominis conatum.c.)* Sic o.l.u. *Niſi incredibilis,ac diuina uirtus, furentis.c.& præclarè ſiquidem his uerbis* Brutum *deſcribit, non Cæſarem: cui non cum* C.Antonio *, ſed cum* M.*negotium erat.*

439 *Vi ſolemus extrudere)* Vix,o.l.u.

439 *At ne* Bruto *quidem)* Ac *ne cum* Bruti *quidem o.l.u.ego ſequor impreſſos:non enim ſententia Ciceronis eſt, uel potius eorum,qui Ciceroni reſiſtebant,nihil fuiſſe* C.Antonio *cum* Bruti *exercitu:ſed* Bruto *nihil fuiſſe cum* Vatinij *legionibus,atq; prouincia:qui tamen in Illyricũ profectus ſit alienam prouinciam: eamq;,atq; eius exercitum occuparit.*

Pag.440 *Alter uero)* Vero,*à l.u.abeſt.*

440 *Summo* Hortenſij *ſtudio)* Q.Hortenſij,*o.l.u.*

440 *Dignumq; & ipſo, & maioribus ſuis)* Eius, *pro Suis,o.l.u.*

440 *Qui decimo anno iure laudatus)* Qui *& antea iure laudatus,o.l.u.perſpicuè rectum.*

440 *Noſtri equitatus)* Noſter,*Lang.& cæteri ferè.*

Pag.441 *Tamen eiuſdem moderationem)* Idem, *pro Eiuſdem,o.l.u.&* Mirantur, *non* Mirentur.

441 *Suſpectum eſt nomen) Suſpectum nomen eſt, o.l.u.*

441 *AEquius* D.*tamẽ* Bruto *irati ſunt omnes)*Sic Lang. *Etſi enim* Brutorum *commune factum,& laudis ſocietas,hæ tamen* Bruto *irationes hi.Liber uerò* Ioannis Scalæ *uiri doctiſsimi hoc modo, Laudis ſocietas æquant* Brutorum *actiones ij qui.c.Ego (ut te non præterit) ſic emendaram, Etſi eſt enim* Brutorum *commune factum, & laudis ſocietas æqua:* D.*tamen* Bruto *iratiores hi,qui.Id autem fecimus ijs rationibus*

bus adducti: primum quòd Cicero, cum probare uellet, nomen M. Bruti non magis ſuſpectum fuiſſe ueteranis, quàm D. id non hoc argumēto mihi uidebatur confirmare uoluiſſe, quòd æquius D. erant irati: quod leue, & nugatorium eſt: ſiquidem non ſiquis alteri ſuccenſet æquius, is illi continuo uehementius ſuccenſet: ſed eo quòd omnino erant iratiores D. quàm Bruto: qui tamen cum Reip. cauſa ad eum liberandum ſint profecti, eadem de cauſa eo munus exercitum M. ſuſpicere debeāt: quo magis illi, quàm huic ſuccenſeāt. Deinde quòd articulus ille, Laudis ſocietas, quodammodo claudicare uidebatur. Quam ſententiam nunc eo magis affirmamus, quòd unum atq; alterum librum hinc ſentientem inuenimus.

441 *Obſidione Brutus liberetur) Obſidione D. Brutus, o. l. u.*

441 *Amicior cauſæ poteſt inueniri) Amicior cauſæ quiſquam inueniri poteſt, quàm filius, o. l. u.*

441 *Id in eorum libertatem contulit) O. l. u. Id in eorum libertatem defendendam. c.*

Pag. 442 *Sed proſpicere Reip.) Se proſpicere Reip. nonnulli u. l. quod probo.*

442 *Amplecterer uirtutes) Virtutē, o. l. u. quod placet.*

442 *Nemo eſt præter ueteranos milites uir) Hoc extremum uerbum a l. u. abeſt.*

442 *Quos quidem libertatis adiutores) Quos quidem uos libertatis. c.*

442 *Mentes huius ordinis gubernantur) Huius mentes ordinis gubernabuntur: omniaq; ad eorum uoluntatem noſtra dicta, factaq; referentur, o. l. u.*

Pag. 443 *Oīs eſt miſera ſeruitus) Omnis eſt enim. c. Oēs, l. u.*

443 *Vitæ periculo decernendū eſt) Decertādum eſt. o. l. u.*

443 *Omnes enim nationes) Enim, meo quidem iudicio ſuperuacaneum eſt, & à pleriſq; l. u. abeſt.*

Atque

443 *Atq; dignitatem referamus)* Atq; *libri u.non probant, ſed* Et*: quibus aſſentior.*

443 *Quod ſi immortalitas cōſequeretur præſentis periculi fuga)* Fugam,*magis arridet: ut illud in* 1.Phil.Libertatem *pax conſequebatur, & l.* 1.*de* Nat.deo. *Aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas conſequatur. & de ſenectute,* Non *eſſe lugendam mortem cenſet, quam immortalitas conſequatur.* Iam *in l.u.*Præſentis, *non reperitur.*

443 *Tamen eo magis ea fugienda eſſe uideretur)* Sic *o. l.u.*Non *tamen eo magis ea fugienda uideretur, quòd diuturnior. quod probo: ut ſit argumentum ex maiore ductum. ſi mors fugienda non eſſet, etiam ſi nos huius periculi fuga immortalitas eſſet exceptura, propterea quòd diuturnior ſeruitus eſſet: quanto magis, ne ſeruiamus, id nunc facere debemus: qui etſi euaſerimus ex hoc periculo, tamen non habeamus exploratum, nos ad ueſperum eſſe uicturos: præſertim cum &* Romana *uirtute digna facturi ſimus, & uitam cum amoris in patriam gloria commutaturi.*

443 *Veteraniq; primu)* Veterani *qui primi, nōnulli, u.l.*

Pag.444 *Vnus eſt omnium hoſtis)* Vnus *omnium eſt hoſtis, o.l.u.*

444 *Chariſſimum* Reip.*ciuem)* P.R.*ciuē, o.l.u.ut illud in* v 1. *Sed redeo ad amores, deliciaſq; ueſtras* L.Antonium.

444 *Qui ob eam cauſam)* Quid *ſi, o.l.u. quorum conſenſus fecit, ut emendandum putarem,* Qui *quaſi. ut hoc eſſet illi ſimule, quod eſt in* 1 1. *accuſ.* Qui *quaſi de induſtria in odium, offenſionemq; populi* Ro.*irruere uideantur.*

444 *Saxas, &* Caphones*)* Saxa *captans,* Lang.*& cæteri ferè.* Sc.*Saxa,* Capho.*quem ſequor.*

444 *Cū uideant mimos)* Cū *uideāt ſe mimos, omnes l.u.*

444 *In illius uiri cōſilijs, atq; factis nec nimiū, nec parū unquam*

unquam fuit) Sic o.l.u. *In illius uiri conſilijs, atq; factis nihil nec nimium, nec parum fuit unquam.Quod ualde placet.*

444 Ad XIII. *Cal.)* Ad XIII. Kal. Ian. *omnes libri ueteres.perſpicuè rectum.*

444 *Adiũgẽduſq; eſt* Q.*Hortẽſius) Quæ, ab* o.l.u.*abeſt.*

Pag.445 Nam de Apuleio) De M.Apuleio,o.l.u.

445 Quod Panſa Cos.) Quod C.Panſa Cos.o.l.u.

445 A Q.*Cæpione* Bruto Procos.*Hunc locũ non attigiſſem, niſi in quorundam libris pro* Q.M.*repoſitum uidiſſem.quod ab ijs factum his de cauſis exiſtimo. primum quòd hunc ſcriptores ferè* M.*non* Q.*nomine.deinde* Appiani *uerbis adducti, ijs quæ infrà ſcripſi.* μάρκος τεβροῦτος καπίων ἐπίκλην. *ſed* Appianus *(pace eius dixerim)& ipſe propter ignorationem* Romanorum *moris à ueritate aberrauit: & illos, qui eum ducem ſecuti ſunt, in eundem duxit errorem. Non enim* Bruti *hoc propriè cognomen, ſed cõmune gentis Seruiliæ fuit: qua familia* Bruti *mater orta eſt.* Ex *quo licet conijcere,hũc* M.Brutũ *à* Q.*Seruilio Cæpione Seruiliæ matris fratre Germano adoptatũ fuiſſe.adoptionẽ autem, ut pecuniæ,ſic nominis hæreditatẽ ſecutam.Moris autem* Romanorũ *fuit,ut ij,qui adoptabãtur,in omnia patris adoptiui nomina uenirent:genus autem patris naturalis oſtenderent aut nomine gentis,aut cognomine:ſi nomine,ut illud producerẽt, ut ab* AEmulio AE*milianus:ſi cognomine,nihil immutarent.* Exẽpli *gratia,*M.Iunius Brutus *à* Q.*Seruilio Cæpione adoptatur.Iunius nomen eſt,*Brutus *cognomẽ.*Vt *igitur hunc iudicio patrẽ ſignificaret:prænomen,nomen,cognomẽ aſſumebat hoc modo,* Q.*Seruilius Cæpio.finge illum* Numidicum *appellatũ eſſe: id quoq; aſſumebat.Natura uerò patrẽ ſi nomine,ſic* Q.*Seruilius Cæpio* Numidicus *Iunianus:ſi cognomine,ſic* Q.*Seruilius Cæpio* Numidicus Brutus*: ſi is qui in*

adopt

adoptionē mancipatus erat, aliquod ſibi cognomē inuenerat, id quoq; non deponebatur. Id apparet apud Varronē: *Atticus inquit, qui nunc* T. Poponius, *nūc* Q. *Cæcilius cognomine eodē.* Quod ad cognomen gentis attinet, *uidemus apud Cælium in ep.* Scribēdo aſſuerūt L. Domitius Cn. F. *AEnobarbus,* Q. *Cæcilius* Q. F. *Metellus* Pius *Scipio. Hic autem* P. *Cornelius Scipio à* Q. *Cæcilio Metello* Pio, *ut* Dion *tradit, adoptatus eſt.* De *nomine* L. *Florus indicat,* P. *Cornelius Africanus Scipio* AEmilianus, L. AEmilij Pauli *filius, Africani nepos adoptiuus.* Vt *autem hoc omni aſſeueratione affirmem, facit argenteum numiſma uetuſtiſsimum, quod in manus uenit beneficio* Bernardini Maffæi, *adoleſcentis cum cæteris optimis ſtudijs, atq; artibus perpoliti, tum in hoc genere multū exercitati, atq; uerſati: in quo ex una parte hoc erat inſcriptum,* L. SEST. PRO Q. *ex altera* Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. *ut iu dubium uenire non poßit, quin hi libri ſine mendo ſint, ut illi* Ad Att. *mendoſi,* C. *Cæpio Brutus.*

445 Incolumenq; ſeruet) Conſeruet, omnes l. u.

445 Pecuniaſq;) Sic l. u. in quibus Lang. Exigatq; *à quibus uideatur. ut fortaſſe pro* Mutuas *reponendum ſit* Mutuam. *nam uidetur abſurdum, cum ſuprà dixerit* Pecuniam, *poſtea inculcare* Pecunias.

445 Proxime Italiam ſit) *Proxime in* Italia, *o. l. u. quod tamen reijcio.*

445 *Cumq; literis* Q. *Cæpionis) Cumq; ex litteris,* Lang. *& cæteri ferè.*

445 *Macedoniam prouinciam)* Prouinciam *Macedoniam, o. l. u.*

445 Quoad ex S. C.) Quoad ei ex S. C. o. l. u.

PHILIPPICA XI.

Pag. 446 *Arma cœperunt) Sumpſerunt,* Lang. *cæteri ferè*

ferè Cœperunt,quos ſequor.

446 *Ecce tergeminum in ſcelere par*) Ecce tibi *geminum,o,l.u.atq; hoc loco Geminum ualet Simile: pro quo non à* Budæo *repoſitum fuiſſe* Germanum*: ut in partitionibus, librorum ueterum autoritatem nihil ueritus, ut in Piſonem fecerat: magna admiratione ſum affectus.* Vt *id autem auderet, fecit ea ratio quòd hæc uox* ἀδελφοῦ *ſonat & fratrem germanum, & ſimile. quaſi uerò aut ita omnino neceſſe* Latinis *eſſet, ut quoniam duas res illi uerbo* Græci *ſubijciũt, hi Germani quoq; nomen in iſtis duabus ſententijs ponerent: aut Geminum non ſimile ſignificet.* Imo *uerò noſtri melius, quàm* Græci*: qui cum neminem propè fratrem alterum alteri ſimilem uiderent, geminos autem ferè ſimillimos: omnia ſimilia eodem uerbo notauerunt.* Quod *ſi doceo, uir ille doctiſsimus nihil cauſæ profectò dicet, quin* M.Tullium *deprauarit: atque ut ei Ciceronis exempla condonem, qui hoc uocabulum in hanc ſententiam crebro uſurpat.* Var.I. *l. de Anal.* Theona, & Diona*, quos dicunt eſſe penè ipſi geminos, inueniuntur eſſe diſsimiles. & ibidem,* Si *à ſimilibus nominibus ſimilia eſſe debent, dicemus, quoniam gemina ſunt* Parma, Alba, Roma. *& in* II. *Itaque gemina facie, negamus eſſe ſimilia: ſi ſapore ſunt alio. & in* III. Qui *plura habent eadem, dicuntur ſimiliores: qui proxime accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, uocantur gemini ſimillimi.* Pacuuius, Par *fortitudo, gemina confidentia.* Sic Horatius, *-hac in re ſcilicet una* Multum *diſsimiles, ad cætera penè gemelli. & alibi, -par nobile fratrum* Nequitia*, & nugis, prauorum & amore gemellum.* Hoc amplius *adijcio, ſub uoce* Germani *eam notionem non ſubeſſe, quam ipſe tradat: ſed* Germanum *eſſe* Proprium *quodammodo, merum, uerum. ſic* Plautus *dicit, cuidam inditum fuiſſe nomen* Theſaurochryſonicoch

nicochrydes,qui Theodoromedes fuerit germano nomine.ſic Germanam illuuiem,gerras germanas,germanam Græciam appellat. Eodem modo M.Tullius *Germanam ironiam, patriam,iuſtitiam,germanum negociatorem,Metellũ,Atticum, Campanos,magiſtros huius artis germanos uſurpat.*Ex quo *in Acad.ubi etiam in impreßis,Grauißimus ſtoicus,ſcriptum eſt:nõ Germanißimus ſtoicis Antiochus,ſed Germanißimus ſtoicus, l.antiquis autoribus, non ſolum conſuetudine Latini ſermonis ita præſcribente.Et in Orat.Cum mutila quædam, & biantia locuti ſunt: germanos ſe putant eſſe Thucydidas, ut ſcriptum eſt in l.antiquis, non Thucydidis, ut in impreßis. Sed ad rem.*Non me præterit.*Tri & Ter præpoſita uerbis, eorum uim augere: ſcripturam tamen ueterem ueram, & germanam arbitror.*

446 *Quæ iam Romæ ſuſcepta. c.) Sic o. l. quæ Romæ iam ſuſcepta arbitrabatur à ſocio furoris ſui optime.*

446 *Omnes qui libere.c.) Omnes,à l.o.antiquis abeſt.*

446 *Statuit ille quidem.c.) Sic liber unus,atq; alter: in queis Lang.Stauit ille tamen non inimicos,ſed hoſtes: maiora tamen in nos.c.cæteros ſequor.*

446 *Quam in hoſtem ſupplicia meditatur) Minitatur, Lang.ego cæteris aſſentior.*

Pag.447. *Tormentum,atq; cruciatum) Tormenta,atq; cruciatum placet.*

447 *In beneficij partem numeretur) In beneficij parte, o.l.u.ueteres: pro quibus etiam conſuetudo ſermonis Latini, & numeri ratio facit.*

447 *Eo maiore ſtudio)Eo maiore omine,ſtudioq́;.Sc.liber Lang.& alij nonnulli,Maiore animo,ſtudioq́;.quod probo.*

447 *Et diripere) Ac diripere,o.l.u.*

447 *Alter in Aſiam irrupit curſim:ut in Syriam patebat.*

bat.c.) *Sic* Lang.*curſim uti Syriam petebat.* Scal. *Curſim ut in Syriam petebat. nonnulli*, *Curſum ut in Syriam patebat: qui aliud mihi,ac Cicero ſentit, loqui uidentur:qui hoc, meo quidem animo,uoluit dicere,*Nihil *fuiſſe,cur* Dolabella *irrumperet in Aſiam:cum uia pateret in Syriam:ut interdum ueniat in mentem ſuſpicari, ſic* M. Tullium *ſcriptum reliquiſſe,*Alter *in Aſiam irrupit.cur ſic? cui in Syriam patebat uia certa,neq; longa.* Quid *opus fuit cum legione?* Vt *hæc ſit ſententia, duo feciſſe* Dolabellam,*quæ nihil attinuerit facere. alterum quòd irruptionem fecerit in Aſiam,cum uia pateret in Syriam: alterum quòd cum exercitu irruperit,cum iter per prouinciam* Procos. *amici, & neceſſarij facturus eſſet. ex quo uult intelligi,cùm meditatum,& præceptis* Antonij *inſtructum id facinus conſciuiſſe.*

447 *Præmiſſo* Marſo *neſcio quo* Octauio) *Sic omnes l.u.præmiſſo* Mario Q. Octauio. Recẽtiores *cum impreßis faciunt:quos ut ſequar, l.* I I I I. Appianus *facit, cuius uerba ſubſcripſi.* τόντε νυκτοφύλακα αὐτοῦ μάρσον οὐ δυνηθεὶς διαφθεῖραι, διέφθειρε τοὺς ἡμεροφυλακοῦντας αὐτῷ λοχαγοὺς. καὶ ἀναπαυομένου τοῦ μάρσου μεθ' ἡμέραν, εἰσῆλθε ὑπανοιχθεισῶν αὐτῷ πυλίδων κατὰ μέρη πολλῶν. ἀλούσης δὲ τῆς πόλεως, ὁ μὲν δολαβέλλας προὔτεινε τὴν κεφαλὴν τῷ σοματοφύλακι αὐτοῦ. καὶ τεμόντα προσέταξε φέρειν κασσίῳ σῶστρον ἴδιον. ὁ δὲ τεμὼν ἐπικατέσφαξεν ἑαυτόν. διεχρήσατο δὲ καὶ μάρσος ἑαυτόν. Quem *autẽ* Marſum Appianus, *cum* Dion Octauiũ *nominat.* Nihil *igitur immutandũ eſt.*

447 *In nulla ſuſpicione*)*In,à l.u.abeſt.*

448 *Complexuſq; ſummæ beneuolentiæ*) *In his uerbis* M.Tullium *non agnoſco:nam primum me illud mouet,quòd cætera diſſolute elata ſunt,hoc unum mẽbrum coniunctione copulatum eſt. deinde conſequenti non ſatis apte, atq; ſcite*

i conne

connexum. deinde uerbum illud, Summæ, inaniter inculcatum uidetur. Quid, ſi ſic emendemus? Complexus qui ſunt uæ, id eſt ueræ beneuolentiæ. Cætera eodem modo: ſic enim nihil eſſet inane: contraria contrarijs referrentur: omnia membra diſſolutione relaxarētur: hoc, & proximum inter ſe cum quodam lepore cohærerent. Cum tamen o. l. contra faciant, pronuntiemus amplius.

447 Qui nocturnus introitus in Smyrnam?) Sic o.l.u. Nocturnus introitus Smyrnam, abſq; In, & Qui. quod placet. hoc amplius Lang. quòd Zmyrnam, non Smyrnam: quod tamen refellit Priſcianus. Græci quoq; σμύρνα ſcribunt.

Pag. 448 Nimis credo in uictorijs liberalis) In Victoria, o.l.u.

448 Poſt autem ceruicibus caput abſcidit) Poſt à ceruicibus, o.l.u. ut illud, Tunicam à pectore abſcidit.

448 Cum hoſte hoc bellandum) Cum hoc hoſte bellandum eſt, o.l.u.

448 Cuius teterrima crudel.) A cuius. c. o.l.u. nō placet.

448 Iugum impiorū nefariū) Iugum impiū, nefarium: omnes ferè l.u. ut ſint duo, ἐπίθετα quæ uocantur: uel Impium pro Impiorū. nonnulli iugum nefariū tantummodo: ut ualde ſuſpicer, ne Impium ſit gloſſema. recentiores tamen, Impiorum, habēt. Illud notatione non indignū eſt, hic Iugum dixiſſe: quod in principio orationis, Par appellauit, more Græcorum, qui ζυγὸν in iugo, & pari ponunt. quod Latini quoq; uſurpant, ut Plinius, qui dixit Aquilarum iugum.

448 Miſeram quidem illam) Miſerā illā quidem, o.l.u.

448 Ferendum modice, ſi aduenerit) Ferendum modice eſſe, ſi euenerit, o.l.u. quod placet.

Pag. 449 At Dolabella) Ac Dolabella, o.l.u. quod meo quidem iudicio rectum eſt.

449 *Crudelitatem exercuerit*) Exacuerit, o.l.u. *ego tamen ſequor impreſſos.Ita locutus eſt in Ver. Quæ erat libido crudelitatis exercendæ.* In *ſuperatos uictoriam exercendam,in ep.ad* Brutum *dixit.*

449 *At in eis corpore lacerãdo*) *Eodẽ modo ſcripti,ut impreßi l.ego ſic arbitror emẽdandũ,Ac in eius corpore lacerãdo,atq; uexãdo cũ animũ ſatiare nõ poſſet,oculos pauerit ſuos.*Hoc *enim mẽbrum ex ſuperiori mihi uidetur aptũ.*

449 *Solemus dicere*) Dicere *ſolemus,o.l.u.*

449 *Nec grauiora uere ſunt*) Nec *uerò grauiora ſunt,* Lang.*quem probo.*

449 *Quid in ciue de* Dolabella *iudicandum eſt?*) *Quid in ciue* Dolabella *iudicandum eſt? o.l.u.ego,* Iudicandus *eſt. ex ſe intelligitur.*

449 *Sit ſemper lætatus*) *Semper ipſe lætatus,o.l.u.*

Pag. 450 *At uidetis quot, & quàm multos*) *Quos, l.u.rectè.*

450 Petere *eum conſulatum*) Eum *petere conſulatum, multò concinnius,&* o.l.u.

450 Ille *homo ſummo ingenio*)Ille,*ab* o.l.u.*abeſt.*

450 Ex *ædilitate conſulatũ petit*)*Sic* o.l.u.Ex *ædilitate ad conſulatum:ſoluatur legibus,c.quod ualde placet:eſt enim præciſio:ſic autẽ perfectum eſſet,*Ex *ædilitate aſcendere conatur ad conſulatũ: uel quid eiuſmodi. in quo gradus honorum non ſeruabat:nã cũ primus honoris gradus eſſet* Quæſtura,*ſecundus* Tribunatus *pl.deinde* Aedilitas, *poſt* Prætura, *extremo loco* Conſulatus: *hic omiſſa* Prætura, *Conſul fieri uolebat.* Quod *erat ita extraordinarium,ut,* C. Cæſar *æqualis ille* Sulpitij *idem cũ tentaſſet, cauſa belli ciuilis fuerit,*Declarat Aſconius,*cuius uerba ſubſcripſi,*C. Cæſar Aedilitius *quidem occiſus eſt, ſed tantum in ciuitate potuit, ut*

cauſa belli ciuilis cõtentio eius cum Sulpicio Trib. pleb. fuerit: nam & ſperabat, & id agebat Cæſar ut omiſſa Prætura Conſul fieret: cui cum primis tẽporibus iure Sulpicius reſiſteret, poſtea nimia cõtentione ad ferrum, & ad arma proceſſit. De hac re Cicero in Bruto, In tribunatu primũ contra C. Iulij illam Conſulatus petitionem extraordinariã, ueram cauſam agens eſt probatus: & eo magis, quòd eandẽ cauſam cum ageret eius collega, ille ipſe Sulpicius. Et de Reſp. Ar. Sulpicium ab optima cauſa profectum, C. q; Iulio conſulatum contra leges petenti reſiſtentem longius, quàm uoluit, popularis aura prouexit. Eſt in libro mendum: nam pro C. Iulio, C. Thuſcio ſcriptum eſt. Hinc intelligi poteſt, hoc contra leges, maximeq; extraordinarium fuiſſe.

Pag. 451 A' qua cũ ſit alieniſſimus) Sic nõnulli s. l. à qua cũ ſit alienus, ſuo capiti nobis dominetur. Qui mea quidem ſententia tũ erunt planè emendati, ſi ex Dominetur primam literã detraxeris: quod enim dixerat, Caſtrorũ, antea metator, nunc, ut, ſperat, urbis: iccirco ut hoc omen auerteret, optaretq; ut in ipſum Saxã recideret, huic ſubiunxit, Suo capiti nobis ſaluis ominetur. ut Cel. Te ad I x. Cal. Iun. ſubroſtrarij, quod illorũ capiti ſit, diſſiparant periiſſe. Et Plaut. in Pœn. Ei Mars iratus eſt. Ly. ueſtro capiti iſtuc quidẽ. Et M. Tullius ad Att. Multa inquã mala cum dixiſſet, ſuo capiti, ut aiunt. c. & in Bruto, Sic Hortenſij uox extincta fato ſuo eſt, noſtra publico. Melius quæſo ominare, inquit Brutus.

451 Aliquorum nutriculas prædiorum) Reliquorum, o. l. u. perſpicuè rectum.

451 Contenti eſſent) Contenti eſſe poſſent, omnes l. u.

451 Collegas Antoniorum) Antonij, o. l. u.

451 Pro alieno ſe ære deuouit. emptor tamen in ea auctione inuentus eſt nemo. O' hominem ridiculum) Sic o. l. u.

Pro

Pro alieno ſe ære deuouit emptori. hominem ridiculum. Quod ſummopere placet. facete autem dixit, Decius pro alieno ſe ære deuouit emptori, in carmen intuens, quo Decij uſi erant in deuotione ſui: in quo hoc erat in extremo, Sicut uerbis nuncupaui, ita pro Rep. Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs populi R. Quiritium, legiones, auxiliaq; hoſtium mecum dijs manibus, tellurią; deuoueo.

451 Putare poſſe) Putet poſſe, cum uendat, o.l.u.

451 Quam multæ uidentur furiæ debitorum) Aſſentior Vbaldino, qui hunc locum ita correxit, Quem ultæ uidentur furiæ debitorum.

451 Vindices enim tabularum nouarum) Eodem modo ſcripti. Ego tamen nõ dubito, quin, Vindicis, ſit emendandũ: ſiquidẽ non ſeipſum M. Tullius his uerbis deſcribit, ſed Trebellium: idemq; hoc loco, quod in v 1. ſignificat, Nam Trebelliũ ualde iam diligit: oderat tum, cũ ille tabulis nouis aduerſabatur. iam fert in oculis, poſtquã ipſum Trebelliũ uidit ſine tabulis nouis ſaluũ eſſe nõ poſſe. Nam Dolabellæ legem ferenti de nouis tabulis, Trebellius acerrime reſtiterat, creditoresq; defenderat: poſtea ſe ære alieno ſic obruerat, ut tabula, ut mos erat, prolata ſit, bonaq; eius auctione uenierint. Ludit igitur ĩ tabulis nouis, et auctionarijs. Ex hoc etiã liquet cur dixerit, Trebelliũ ultæ uidentur furiæ debitorum.

451 Qui præſtantiſsimos ciues Aquila, Pollentia expulit) Sic L. Lang. Qui potentiſsimos ciues cũ Aquilæ potẽtia expulit. pleriq; ſic, Ciues ciuis Aquilæ potẽtia expulit. Ego ſic emendandum arbitror, Quẽ præſtantiſsimus ciuis Aquila potentia expulit. Et ne temere, nõ modo audacter feciſſe uideamur, ſcribit Dion Pontium Aquilam unum ex tyrannicidis prælio decertaſſe cum T. Munatio Planco, eumq; ſuperaſſe. ſed ipſius uerba ſubijciamus. ὡς δ᾽ οὖν ταῦτα ἐγένετο

καὶ πόντιος ἀκύλα ἐκτε τῆ σφαγῶν κὴ τῶν δεκίμω ὑποςράτηγῶν τίτον μουνάτιον πλάγκον ἀντιπολεμοῦντα αὐτῷ μάχαις ἐνίκησεν. Hanc autem rem, eundemq; hominem nunc à Cicerone deſignari, ex XIII. Phil. apparet. Illud tamen uerum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent. fracta ſunt, & uiuit. Hoc tamen, ut alia multa, Aquilæ fertur acceptum. Quod ad Pollentia attinet: omnes l. u. Potētia. Quid uerum ſit, diuinandum. Potentia certè oppidum non longè abeſt à Polentia. indicat Plinius, Ab altero, inquit, latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona, Colonia, Trira, Barderatæ, Induſtria, Pollentia, Carrea, quod Potentia cognominatur.

451 Lyſidicum ipſum in Græco uerbo c.) In, præpoſitio à nōnullis u. l. abeſt. quod placet. ut de Legibus l. I. A cuius amore Græco uerbo philoſophia nomen inuenit.

451 Qui omnia iura diſſoluit) Pro Qui, Quoniã, o. l. u.

Pag. 452 Bona eius. c.) Eius, ab o. l. u. abeſt.

452 Scipioni P. fratri) Sic o. l. u. cum L. Scipioni P. F. Aſia obueniſſet. Publij filio. ſ. non fratri. Res perſpicua.

Pag. 453 Geſta, & conſumata ſunt: aut quàm Pyrrhi) Sic o. l. u. Geſta ſunt, quàm Pyrrhi. Et rectè: ſiquidē nunquam id uerbũ, Conſumare ſcilicet, neq; ſuperior, quod ſciam, neq; Ciceronis ætas uſurpauit: quod inferior poſtea triuit. Nam in procemio de off. Quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta ſunt, & conſumata: hæc extrema à l. u. abſunt: ut in dubium uenire non poſſit, quin de libris tollendum ſit.

453 Ipſe ſibi delegit) Sibi ipſe delegit, o. l. u.

453 Mulctam populus Romanus) Romanus, à l. u. abeſt. rectè.

453 Anno antea) Ante, o. l. u. apertè uerum.

Itaq;

453 Itaq; populus) Ita,o.l.u.

453 Nega uero. ſuffragio meo, tanquam comitijs homini honorem amiciſsimo denegauero) Sic o. l. u. Videbor ſuffragio meo tanquã comitijs honorem homini amiciſsimo denegauiſſe. recentiores tamen ferè ab impreßis faciunt.

453 Tabula modo noua detur) Modo tabella detur, tres l.u.in queis Lang.quod placet.

Pag. 454 Cæſari adoleſcentulo) C. Cæſari adoleſcenti,o.l.u.quod placet.

454 Qui illius auctoritatem,imperium) Qui illius imperium autoritatem l.Lang.& alij nonnulli.

454 Imperiũ Cæſari belli neceßitas.c.)Sic o,l.u.Cæſari bellũ neceßitas, faſces Senatus dedit.et præclarè,& apertè.

454 A' Rep. peſtiferi ciues) A' P. R. omnes l.u.

Pag. 455 Ego uero mentionẽ prouinciarũ) Ego uerò mentionem omnino prouinciarum,o.l.u. quod ualde placet.

455 Quos omnes ad Mutinam intenderes c.)Quo omnes,Lang.cæteris aſſentior.

455 Iſtud tuum præſtantißimum) Tuum iſtuc præſtantißimum,o l.u.

455 Intereſſe putaſſes tua) Tua putaſſes,omnes .l.u.

455 Vehementius eo tibi) Eo uehementius tibi,o.l.u.

Pag. 456 Quod cælo delapſum) De cælo delapſum, Lang.Et alij nõnulli u.l.ut illud de fin.bo.& ma.Saruata illa,quæ quaſi delapſa de cælo eſt ad cognitionẽ omniũ,regula.Quod autẽ ſequitur,Cuſtodijs cõtinetur,Lang.Tenetur. ut Liuius,Signoq; quod imperij pignus cuſtodia eius templi tenetur. Alterũ tamen non abhorret à conſuetudine loquẽdi. Cum illæ tabulæ priuata cuſtodia continerentur.pro Syl.

456 Hunc uel in cælum,ſi fieri poterit, noſtris humeris tollemus)Hunc in cælum ſi uos fieri poterit humeris no-

*ſtris tollemus,*Lang. *ſic ego,*Tunc *in cælum uos, ſi fieri po-terit,humeris noſtris tollemus.*

456 *Aut M.Brutus,*aut* C. *Caßius, aut uterq;*) Hoc *tantũ nonnulli u.l.in quîs* Lang.*diſcrepãt ab impreßis,quòd ordinẽ nõnihil commutãt hoc modo,*Aut C. *Caßius,aut* M. Brutus *cætera eodẽ modo,*Locus *ſine dubio mendoſus : neq; enim ſuperior ſcriptura cũ inferiori cohæret, & lõgè aliud loqui mihi uidetur,ac ſentiat* Cicero,*cuius hæc mea quidẽ ſen tentia mẽs eſt,hoc conſiliũ,ut ad Caßiũ hoc bellum deferat,* Brutum *autẽ uerbo excludat à negotio, re uera iudiciũ eius liberum,atq; integrũ relinquat : ut ita fortaſſe corrigendum ſit,*Aut C.*Caßium,aut* M. Brutũ, *aut utrunq; decernerem planè : ſicut multi conſulẽ alterum,amboſ'ue:u.i.c. nam cum dixiſſet ,* Expedito *nobis homine, & parato* P. C. *opus eſt, & quæ ſequuntur : deinde ſubiunxiſſet ,* Quis *igitur is eſt? ſi id quod diximus, ſententia ſua compleEtl,atq; efficere uo-lebat,id quod profectò uolebat : non ei reſpondendum fuit,* C.*Caßius,&* M.Brutus, *ſed aut,*C.*Caßium,aut* M.Brutum, *aut utrunq; decernerem planè , ſicut multi conſulem. c. ſic enim & uni Caßio decernebat imperium, & aſſequebatur, ut* Bruti *iudicium eſſet, quid ex dignitate ſua , exq;* Rep.*ui-deretur eſſe.* Sed *nihil affirmo:tãtum opinionẽ meã teſtatam relinquere uolo. illud omni aſſeueratione affirmo , libros eſſe deprauatos,nec eorum uerbis ſenſa* Ciceronis *exprimi.*

456 *Colligaſſemus in Græciam*) In *Græcia, o.l.u.quod ualde placet.*Dixit *autem,*Colligaſſemus *in* Græcia *propter* S. C. *quo* Senatus *ei prouinciam* Macedoniam , Illyricum, *cunctamq; Græciam decreuerat , mandaueratq; ut cum ſuis copijs quàm proximè* Italiam *eſſet.*

456 *Non ut ex ea acie auxiliũ haberemus*) Non *ut ex ea acie reſpectũ haberemus, o.l.u.* Hinc *exiſtimari poteſt,q̃ ſint*

ſint omnia deprauata, atq; peruerſa: nec tamen miratus ſum, qui uiderim in u.l. de Leg. *ex* Denicales, Delphica *lex eſſe factũ*, Nec *uerò tam delphica lex quæ à nece appellatæ ſunt.* Denicales *feriæ, inquit* Sex. Pomp. *colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur.* Græci *enim* νεκρὸν *mortuum dicunt.* In *ep. uerò ad* Q. Fratrem, Diribitis *in* Diruptis, Is *diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.* In Piſ. *Diribeãtur in* Deripiantur, Dum *de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diripiantur.* Pro Planc. Diribitio *in* Direptio, Nihil *eſt iam quòd populo ſupplicetur, nihil quòd direptio.c.* Apud Var. *l.* I I I. *de* Ruſt. Diribentur *in* Dirimuntur, Dum *dirimuntur, inquit, ſuffragia.* Et *alibi, diriberẽt in* Decumberet *eſſe mutatum*, Narrat, *ad tabulã cum decumberet.* Diribere *autem ualet* Diſtribuere. *unde* Diribitorium, *locus ubi recenſebatur exercitus, ſtipendiũq; militibus numerabatur: &* Diribitores *nõ* Diuiſores *qui appellabantur: ut tradit* Hermolaus: *ſed, meo quidẽ iudicio, qui ſuffragia lata diribebant, numerũq; inibãt tabellarũ: quæ, ſi de reo iudicabatur, cenſebãt abſoluendum, aut ampliandũ, aut condemnandum: ſi lex ferebatur, quæ antiquabãt, aut iubebant: ſi magiſtratus creabantur, quæ mãdabant honorem, aut denegabatur.* Quo *facto facile erat uidere, cãdidatus honorem obtinuiſſet, an repulſam tuliſſet. lex antiquata, an accepta: reus eſſet abſolutus, an cõdemnatus, an cauſa prolata.* Sed *quid hæc ego? quæ tamen habent inter ſe aliquam ſimilitudinem: & eiuſmodi ſexcenta, ſi id ageretur, proferre poſſem.* Illud *non'ne portenti ſimile eſt, quòd in* Cat. *l. or.* I I. Miſerum *abijt in* Timidum? Et *erunt qui illum, ſi hoc fecerit, non improbum, ſed timidum. cum* Miſerum *reponendum ſit, niſi* Priſciano, & Pediano *fidem penitus abrogamus.* Et *illud alterum apud* Var. *l.* I. *de re* Ruſt. In *pingui rectius quæ ſucci ſunt maioris.*

ris.Pro Succi, libri ueteres Ibi.*ego, Cibi,repoſueram, coniectura ductus: quod poſtea mihi comprobauit* Plinius, *qui hunc locum totidē uerbis,ut dicitur, in* X V I I I. *l.tranſtulit. Sed ad rem. omnino libri* V. *mendo non uacant, ſed tamen propius,ut opinor,accedunt ad ueritatem.*Q*uid ſi ſic emendemus?*Non *ut eò ex acie reſpectum haberemus.*Nam *quod* Græcè ἀποβλέπειν πρός τινα, *id* Latinè *mea quidem ſententia,uel conijcere,uel referre oculos in aliquem,uel ad aliquem reſpectum habere dicitur.*Id *autem ſignificat, in quopiam omnem ſpem reponere ſuarum rerum.* Xen.l.IIII. ἀπομνημονευμάτων, πότερον Θεμιστοκλῆς διὰ συνουσίαν τινὸς τῶν σοφῶν, ἢ φύσει τοσοῦτον διήνεγκε τῶν πολιτῶν, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπειν τὴν πόλιν ὁπότε σπουδαίου ἀνδρὸς δεηθείη; Lucianus. περὶ τοῦ ἐνυπνίου. ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους, ἢ καὶ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται. Cicero de Am. Nec *enim melior uir fuit* Africano *quiſquā, nec clarior. ſed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe coniectos.*Et Virg.l. X I I.*–in te ora* Latini,In *te oculos referunt.*M.Tul.Phil.V. *Itaque cum reſpectum ad ſenatū, & ad bonos non haberet.* Et L.X L I I. *Cum cæterorū id intereſſe, tū præcipuè* Rhodiorum, *qui plus inter alias ciuitates dignitate, atq; opibus excellāt.quæ ſerua,atq; obnoxia fore,ſi nullus aliò ſit, quàm ad* Romanos *reſpectus.*Fit *autem ferè,ut ij,qui nituntur alicuius auxilio,nimiſq; confidunt, fiant languidiores, atq; remiſſiores, atq; ijs quiddam contingat, quod ſæpe uiatoribus euenit: ut cum iter contentius faciant, ſi forte reſpexerint, obiecta oculis aliqua ſpecie, ſi non inſiſtant, at certè tardius ingrediantur.*Ex *quo illud ad* Brut.*Meus animus in acie eſt, nec reſpectum ullum quærit, niſi me utilitas ciuitatis forte conuerterit.*Et *contra illud de* Prou.Cons.Q*ui ſi ex illa iactatione,*

ctatione,curſuq́; populari bene geſta Repub. *referrunt aſpectum in curiam.Hæc igitur uerba hāc habebunt ſententiam,* Brutum Græciæ *præfecimus,decretoq́; noſtro mandauimus, ut quàm proximè* Italiam *eſſet:non ut,eo reſpectum habentes, atque in eo ponentes omnia, ſtudia hic noſtra remitteremus,nollemusq́; eos, qui ad* Mutinā *ſunt, qui in acie ſtant, non eniti, non omnia facere, ut* Antonium *à* Mutina *reijcerent: ſed ut nos,& illi ipſi multo alacrius,maioreq́; animo, armis,equis uiris* D. Bruto *ſubueniret, cum ſubſidium etiam tranſmarinum ſibi paratum uiderent.*

Pag. 457 Tenet opinor Hellidem) Lang. Hillidem. Gad.Bellidem. S C. *& cum eo plerique* Billidem. *ego* Plutarcho, *&* Stephano *autoribus,* Byllidem : *quorum alter,* βύλλις, πόλις ἰλλυρίδος παραθαλασσία, τῶν μετὰ τὸν νεοπτολέμου μυρμιδόνων κτίσμα. *Alter in uita* Bruti, *& quidem hanc rem referens.* γάϊος δ' ἀντώνιος ἀπολλονίᾳ προσβαλὼν, ἐκεῖ τοὺς ἐγγὺς ὄντας ἐκάλει στρατιώτας. ἐπεὶ δ' οὗτοι τε πρὸς βροῦτον ᾤχοντο, καὶ τοὺς ἀπολλωνιάτας ᾔσθετο τὰ βρούτου φρονοῦντας. ἐκλιπὼν τὴν πόλιν, εἰς βουθρωτὸν ἐβάδιζεν. καὶ πρῶτον μὲν ἀπόλλυσι τρεῖς σπεῖρας καθ' ὁδὸν ὑπὸ βρούτου κατακοπείσας. ἔπειτα τοὺς περὶ τὴν βυλλίδα τόπους προκαταληφθέντας ἐπιχειρῶν ἐκβιάζεσθαι, καὶ μάχην συνάψας κικέρωνι νικᾶται. *At* Ptolemæus, Ελιμιοτῶν, *inquit,* βούλλις, ὀρεστίδος ἀμαντία. *Sed hic mendum continere* Stephanus *non poteſt,qui ciuitates ex ordine literarum digeßit.* Idem *propè mendum apud* Cæſarem *eſt lib.* I I I. *bel.ciuil.pag.* C L X I I I. *Hos ſequuntur* Bellidenſes, *atque* Amatini.*ubi l.u.*Billidenſes, *ego* Byllidenſes,*atq;* Amantini.*& alio loco pagina* C L X X I. *Qui commeatus* Biblide, *atque* Mantinea *inportari in oppidum prohiberet.ego,*Byllide *atque* Amantia.

Vrget

457 Vrget Oricum) Illyricum, liber unus,atque alter: in queis Gad. quod probo : nam & proxima ſuperiori oratione oſtendit, Illyricum à C. Antonio eſſe tentatum : & hæc diſpoſitio ex ordine eſt, illa altera perturbata: ſiquidem cum oppidis prouinciam confundit.

457 Solet enim accipere ipſe man.) Ipſe accipere, o.l.u.

457 Cum confeſtim ſuccurrendũ eſt) Quibus pro Cum, o.l.u. perſpicuè rectum eſt.

457 Neceſſe eſt enim in tanta concurſatione perturbationum, rerum, c.) Sic l. Lang. Neceſſe eſt enim in tanta conuerſione & perturbationum rerum. Ego ſic, Neceſſe eſt enim in tanta conuerſione, & perturbatione omniũ rerum. ut illud pro Flacco, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum, ac perturbatione uerſemur. Et pro do. s. Cui nihil oberat præter conuerſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum. Sententiam meam Bernardini Maphæi liber approbauit. Interductus igitur aliter apponendus eſt.

Pag. 458 Vt ex ueſtra quoque autoritate firmetur) Vt ea ueſtra quoque. c. mihi magis placet.

458 Vt qui eam optimo iure) Sic o.l.u. Vt quique optimo iure eam. Ego, Vti qui. c.

458 Eumq; à Q. Martio Criſpo proconſule, L. Scauro Proconſule, A. prolectio) Sic Lang. Eũ atq; M. Criſpo Procõ L. ſtatũ murco Procõs ab alieno. ego ſic, Eumq; à Q. Martio Criſpo Procos. L. Statio Murco Procos. A. Alieno. c. De ijs Dion l. XLVII. App. IIII. Cæſ. in ep. ad M. Tul. Paterculus l. II. De Statio Murco etiam Cæſ. l. III. belli ciuilis.

458 Naues, nautas, pecunias) Pecuniam, o.l.u.

458 Cæteraque quæ ad bellum gerendum) Ad id bellum. c. o.l.u.

Prouin

458 *Prouinciam obtinebit cum.c.)* Sic l.u. Prouinciam tum obtinebit. Sic igitur diſtinguendum, ac ſcribendum eſt, Qui eam prouinciam tum obtinebit, cum C.Caßius Procos. in eam prouinciam uenerit.Regem.c.

458 *Item ſi cæteri reges)* Item'que Lang. c.nonnulli, Idem'que.Lang.ſequor.

Pag. 459 *Animus ipſe quē uidetis)* Animus is eſt quem uidetis, o.l.u.mihi uerò, ut dicam quod ſentio, Vidiſtis probabatur,non Videtis,ut ad Idus Mart.referatur,quibus pulcherrimum illud facinus conſciuit, oſtendit'que ciuibus ſuis quàm illam rem uirili animo, atque præſenti egiſſet:& tempori tempus reſpondeat.

459 *Fortes & conſtantes uiri)* Fortis & conſtantis uiri,& Siuiſſet pro Siuiſſent,pleriq; l.u.quos probo : ut de C. Caßio loquatur, non de Alieno,& Cæcilio Baſſo:eaq; uerba ex ſuperioribus apta ſint.

459 *Summa'que uirtus)* Que à pleriſque lib.uet.abeſt. quod placet.

459 *Quid dicam de patre?)* De patre dicam? o.l.u. & poclinius currit oratio.

459 *Sed etiam dux)* Verumetiam,o.l.u.

459 *Quàm honorate, quàm honorifice)* Ornate, non Honorate,o.l.u.quod placet.

459 *Fuimus nuper ego.c.)* Fuimus Impp.o.l.u.Imperatores.ſ.rectè.

459 *Iudicauerit)* Iudicarit,Lang.& ceteri ferè.

Pag. 460 *Tanti eius in Syria nomen, atq; Phœnicia)* Phœnice,o.l.u.& rectè:ſiquidē & Græci φοινίκην,& Latini Phœnicen appellauerunt.Varro de Re ruſt.l.1 1. Cū exportauit per mare è Phœnice amans Europā.Et de Lingua Lat. Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnice

Manlius

Mãlius ſcribit taurũ exportaſſe. Cæſar l.III.bel.ciu. Magnã ex Aſia Cicladibuſq́; inſulis Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice, & AEgypto claſſem coegerat. Quod ad primũ uerbum attinet, in eo congruunt oẽs libri: ego tamẽ Tantũ pro Tanti reponẽdũ cenſeo, ut ſit illi ſimile pro Deiotaro, Quantum nomẽ eius fuerit, quantæ opes.c.

460 Cum Parthorũ nobiliſsimos duces, magnas copias fudit) Lang. Maximasq́; copias.c. quod ita magis placet, ut tamen nõ omnem quaſi ſuſpicionis ſcrupulũ mihi euellat ex animo: idem enim uerbum, Parthorum.ſ.in cõſequenti membro ſine cauſa repetitum facit, ut non poſsim non ſuſpicari M. Tullium ita ſcriptum reliquiſſe, cum Pacorum nobiliſsimum ducem, maximasq́; copias fudit: uel, quoniam cæteri libri non diſcrepant ab impreſsis, Cum Pacori nobiliſsimi ducis magnas copias fudit. Parthos autem duce Pacoro regis Orodis filio Euphratem tranſiſſe, fuſosq́; à Caſsio, cæſosq́; fuiſſe, etiam ex epiſtolis ad Att. apparet.

460 Populi Ro. nominis probra.c.) Romani nominis, nonnulli u.l. quod placet.

460 Augere commodis debeo) Commodis augere debeo, o.l.u.

460 VII. & VIII. legio) Nonnulli uet. libri, VI. pro VII. quod probo: nam VI. quidem non quieuiſſe, ex oratione XIIII. licet intelligere.

Pag. 461 Conſulem deſignatum obſederunt) Obſident, o.l.u. perſpicuè rectum.

461 Huic urbi ferro, igniq́; minitãtur) Eodẽ modo l.s. ut impreſsi. Plus tamen apud me ratio ualet, quæ mutari nullo modo poteſt, q̃ ſcriptura quæ deprauari & corrũpi ſolet. Præſcribit igitur ratio, & conſuetudo Latina, ut ita loquamur, Huic urbi ferrũ, ignemq́; minitatur: cruces, ac tormẽta, ſecures,

ſecures, uirgasq́; minitatur:ut Malũ,*mortẽ,ſuppliciũ minitari loquimur:niſi forte de eo loqueremur,qui gladiũ,ignẽ, quid'ue eiuſmodi tenẽs,id alicui intẽtaret : tũ enim rectè per ſextũ caſum efferremus.ut illud* Salluſtij,Egrediẽti ex Senatu *Cæſari gladio minitarẽtur.*Et *illud alterũ,*Et *minari ĩterdũ ferro, niſi obnoxia foret.* Hoc *aũt ab illo maxime diuerſum eſt.quare ita corrigẽdũ cẽſeo,* Huic *urbi ferrũ,ignẽq́; minitãtur.*Et *in* x i i i.*eodẽ modo,ut ſuo loco admonebimus.*

461 *Eorum nequi* Brutum) *libri ueteres* D.Brutum.

461 Q*uouſq; dicemus ſentẽtias)*Sẽtẽtias *dicemus,o.l.u.*

461 V*t ad arbitrium eorum imperatorem)* Sic *l.u.* Vt *ad arbitrium illorum imp.nonnulli,* Impr. *ego* Impp.*imperatores ſcilicet.magis probo.*

461 *Ab omnibus gẽtibus probatur) Cõprobatur,o.l.u. & ambitus in dichoreũ cadit, quẽ maxime ſequitur* Cicero.

461 Itaque *his præmia promiſſa ſunt*) Promiſſa *ſunt præmia,o.l.u.*

461 Fruãtur *illis,uel perſoluãtur his,quæ ſpopõdimus)* L.Lang.*et cæteri ferè,*Fruantur *his, uel perſoluãtur.ut fortaſſe ita corrigendum ſit,*Fruantur *his illi,perſoluantur.c.*

PHILIPPICA XII.

Pag. 462 At *quis* Conſul)At *qui.o.lu.quod placet.*

462 *Spe allata deditionis , quam amici pacem appellarent:*C.Halieni.*c.)*Sic Lang. Q*uã ſpe allata deditionis quam amici pacẽ appellarem alieni.*Sc.*& cũ eo pleriq;,*Q*uam ſpe allata deditione quam amici.* Cætera *eodem modo,ut* Lang. Ego *ſic,*Q*uã ſpe allata,deditionem quam amici, pacem appellarent alieni.ut ſit,* Allata *ſpe eius rei, quam amici deditionem,alieni pacem nominarent.nã & unum,plura'ue uerba interdum præterire elegans,atq; uſitatum eſt,ut pro* Syl. Q*uod in quos teſtimonium dixiſti, inquit, damnati ſunt.* Et

illud

illud Terent. Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit? Et in *ſermonis* Latini *conſuetudine eſt, ut uocabulum præcedat prouocabulum quod* Varro, *relatiuum uocant* Grammatici. Cic.in Bruto: πειθὼ *quàm uocant Græci, hanc ſuadam appellauit* Ennius. *Et in* Partitionib. *Et ea uel anguſte diſſerere, ut* Dialectici *qui appellantur*. Et pro Quint. *Cum ueniſſent ad uada* Volaterana *quæ nominantur. Liu. Auem* Sangualem *quam uocant, ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe. Scala uerò noſter à ſuo libro diſſentit,atq; hunc locum ita corrigendum putat, Allata ſpe deditionis,quam amici pacem appellare mallent.*

462 Neget *Piſo ſe ſcire*) Negat *Piſo ſcire ſe,Lang. & compoſitio ſuauior.*

Pag. 463 *Perſtrinxerat aciẽ animi* Bruti *ſalus*) *Sic Sc. liber,Præſtrinxerat aciẽ ai̅* Druſi Bruti *ſalus*. D.Bruti,*corrigendũ puto.quod ad* Præſtrinxerat *attinet, ita rectũ iudico,ut l.v.de* Fin.bon.et mal. *pro* Rab.Poſt.*in* Vat.*& omnino omnibus in locis,quibus* Aciem,*oculos perſtringere ſcriptum eſt, Præſtringere ſcribendum cenſeam: ſiquidem hoc uerbum à præſtigiatoribus ductum eſt,ut docet* Aſconius.

463 Ne *ſi in* Senatus *poteſtate futurum ſe dixerit*) Ne *ſi in Senatus quidem,o.l.perſpicuè uerum.*

463 *Valde uobis hercule*) Valde *hercule uobis,o.l u.*

463 *Si iacens id nobiſcum*) *Si iacens uobiſcum aliquid ageret,o.l.u.*

463 *Inſtanti reſiſtendum*) Gad *Statim pro Inſtanti.ego Stanti,quòd* Iacens *dixerat,emendaram:ut contrarium contrario referretur: ut illud pro* Sextio, Non *modo ſtantem defenderunt, ſed ne iacentem quidem protexerunt. opinionem meam nonnulli u.l.poſtea comprobarunt.*

463 *Cuiuſuis eſt hominis errare.c.*)*Sic Lu.Cuiuſuis hominis*

minis eſt errare, nullius niſi inſipientis in errore perſeuerare.& numeroſior oratio.

463 *Ad eum ire te legatũ)* Ad eũ te ire legatum.o.l.u.

Pag. 464 Quid ſi etiam nocuit?) Sic liber unus,atq; alter,in queis Lang. *Quid ſi iam nocuit,atq; obfuit? ut fortaſſe rectum ſit, Quid ſi iam obfuit? ut unum & idem uerbum continenter ponatur.*

464 Veſtrum conſilium hoc Capua probabit?) Veſtrum hoc conſilium.c.o.l.u.aures meæ probant.

464 *Inflammato animo ſit futurus)* Futurus ſit,o.l.u.

464 Nomen Martium amittet) Martiũ nomen amittet,o.l.u.& *ſtructura concinnior,& numerus* Tullianus.

464 *Senatũ enim ſecuta.c.)* Sic pleriq; l.u. Non arbitrabitur ſe grauiori odio in Antoniũ eſſe debere,quàm Senatũ.

Pag. 465 *Vritur omnis: æquo animo belli patitur iniuriam)* Nonnulli u.l. *Vritur: omnis æquo animo belli patitur iniurias.quod minimè diſplicet.*

Pag. 466 *Atqui cum ea petebat)* Atqui tum ea poſtulabat,Lang. *& alij nonnulli u.l.*

466 *Iudicijs,ignominijsq; cõciſus)* Conſciſſus,Lang.ego *cæteris aſſentior:ſic ſuprà, Veſtris decretis eum concidiſtis.*

466 *Quando eius obliuiſcetur ulla poſteritas?)* Quãdo *enim obliuiſcetur.c.o.l.u.*

466 *Num elui prædicatio crudelitatis poterit?)* Num *eius prædicatio crudelitatis poteſt?o.l.u.*

466 *Quid eſt aliud quàm non pacem facere)* Quàm, *meo quidem iudicio delendum eſt.*

466 *Nec ſolum prorogare bellum)* Propagare, o.l.u. *quorum utrum minus placeat,neſcio.*

Pag. 467 *Illi non depoſuerint)* *Poſuerint,nonnulli ueteres libri quod probo.*

467 *Nõ'ne uos ueſtris cõſilijs)Nõ'ne nos noſtris,o.l.u.*

467 Et *muſtellas,Saxas'ue contemnere)* L.*u.pro Saxas'ue,partim Scios'ue,ut Lang.partim Seios'ue:nemò quidem certè Saxas'ue.Iam illa copula,Et,à nonnullis u.l.abeſt: ut fortaſſe ita rectum ſit,Nolite ne Tyrones quidẽ Numiſios, Muſtellas,Scios'ue cõtemnere.Libri certè ueteres illo loco Philip.*11. *ut Muſtellæ Tamiſio,Tam̄ ſcio : ut fortaſſe Muſtella Scius,aut,quod magis placet,Scius appellaretur.*

467 *Quod dij omen auerterent) Auertãt,omnes libri ueteres. quod reijcio.*

467 *Si tot tam impij ciues) Ciues,à.l.u.abeſt.*

467 *Vt cædamus, abeamus: uitam inopem,& uagam proſequamur) Sic o.l.u.Cedamus, abeamus; uitam inopem uagamq; perſequamur.quod placet.*

467 *Ex tota Italia exciuimus)Sic omnes ad unum libri ſcripti.*Non.Mar.*Excußimus.*Ego *libris aſſentior.*

467 *Meo ſemper periculo peccet* Antonius*)Semper,ab o.l.u.abeſt.quod placet.*

Pag. 468 *Quoniam ſub nomine pacis bellum lateret: repudiandam) Sic o.s.l.qm̄ ſub nomine pacis bellum lateret* R.P.*repudiandam.Lang.pro qm̄,* Quod.

468 *Mentio facta à te pacis)* Mentio *à te facta pacis,* Lang.*nonnulli,Mentio à te antè facta. alij, Mentio antè facta.quæuis impreſſa & numero, & collocatione probabilior.* Ego Lang. *ſequor.*

468 *Proficiſcãtur legati optimis ominibus: ſed hi proficiſcantur)* Sed *ij,o.l.u. Proficiſcantur à l.* Lang. *abeſt: & mehercule ſuperuacaneum eſt.*

468 *Vt declarant de me eius.c.)Eius de me,pleriq; l.u. quod aures meæ probant.*

Pag. 469 *Mea bona donare ſe dixit* Petißio *Vrbinati)*

ti) Sic Lang. & cum eo plériq;, De meis bonis donare ſe *dixit* P. *Vrinati.nonnulli,Vrinati.* Val. *quidem Max.cuiuſdam* T.*Marij Vrinatis mentionem facit.*

469 *Nec aquilam quidem ipſam*) *Ne aquilam quidem ipſum,o.l.u.quod placet.*

469 *Nec id fit faſtidio meo) Nec id faſtidio meo.Lãg. & alij nonnulli.*

469 *Habendam mihi aliquam rationem eſſe*) *Aliquam eſſe rationem,o.l.u.& numeroſior oratio.*

469 *Is enim ſum : niſi fortè me fallo.c.*) *Sic o. ferè l. s. Is enim eſt : niſi fortè me fallo : qui uigilijs,curis,ſententijs, periculis etiam perfecerit : quæ plurima propter acerbiſsimum omnium in me odium impiorum pertulerim : ut non c. Recentiores cum impreſsis faciunt : quos ſequor.*

469 *Hic cum in urbe eſſem,ac domi*) *Hic cum eſſem in urbe,ac domi,o.l.u.*

Pag. 470 *Cum oẽs actiones horũ menſium,omnes.c.) Cum omnes actiones honorum*, *omnes*, Lang.*cæteri libri, Actiones bonorum,omnes.c.quod placet.*

470 *Quibus nunc in locis ſit*) *Quibus in locis nunc ſit,o. l.ueteres.*

470 *Hiſce ego me uijs committam?*) *Hiſce ego uijs me committam? o.l.u.*

470 *Itaq; in urbe*, *ſi ſic licebit,manebo*) *In urbe maneo : ſi licebit,manebo : Lang.alij ſic,In urbe maneo*, *ſi ſic licebit,manebo.*

470 *Oderint)Eodem modo l.s.ut impreſsi.fortaſſe ſcribendum eſt*, *Adierint.*

470 *Nemo minus timidus)Nemo me minus timi. o.l.u.*

Pag. 471 *Populo* Ro.*pœnas dederunt*) R.P.*pœnas. Sc.liber.quod placet.*

k 2 *Surg*

471 *Surgere poſſem)* Exurgere poſſem. Sc. & *alij nonnulli u.l. quos ſequor.*

471 *In Appenini tramitibus potero facere)* Facere po.

Pag. 472 *Grauiſſime diſſentientibus)* Acerbiſſime, *Lang. & alij nonnulli u.l.*

472 *Cum P. Vectio Scatone)* Hunc Catonem Appianus, & Velleius Paterculus nominant.

472 *Sylla cũ Scipione inter Cales)* Qui Cæpione pro Scipione repoſuerũt, ſe in hiſtoria parũ uerſatos oſtẽderunt.

472 *Legis inter ſe cõditiones cõtulerunt)* Eodẽ modo l. s. ut impreſſi. ego ſic, Leges inter ſe, conditionesq; tulerunt. ut Leges hic idem ualeant, quod in Ver. eo loco, Huius contumelijs ſcitote Q. Lollium ad Apronij leges, conditionesq; ueniſſe. Et apud Liu. l. XXXVIII. Amicitia regi Antiocho cum populo Ro. his legibus, & conditionibus eſto. Eadem inquã notione, qua dicitur, Leges dicere, Leges imponere. nam, Ferre conditiones, & Referre, tritũ. ſed nihil affirmo.

472 *In Antonij latrocinio æque eſſe, ut hi?)* Eſſe tuti, corrigendum putat Vbaldinus. quod placet.

472 *Accipiant, & remittantur)* Accipiantur, & remittantur. res perſpicua.

Pag. 473 *Semper ſententia, auctoritate)* Semper ergo ſententia. c. o. l. u.

473 *Sed propter memoriam rerum, quas geſſerunt, pro populi libertate, & dignitate: Reipub. nimis feroces)* Sic Lang. Sed propter memoriam rerum, quas geſſerunt, proq; libertate, & ſalute R. P. nimis feroces. pleriq;, in quibus Sc. ſic, Propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro P. R. libertate, & ſalute Reip. nimis feroces. quos ſequor: hoc enim mihi ſentire Cicero uidetur, Veteranos illos quidem eſſe fortes, ſed propter memoriam rerum geſtarum ferociores

ciores eſſe, quàm & P. R. libertas, & Reip. ſalus poſtulet: ut, Pro, hic idem oſtendat, quod eo loco apud hunc ipſum pro Cluentio, Quibus de rebus pro Cluentij uoluntate nimium, pro Reip. dignitate parum, pro ueſtra prudentia ſatis dixiſſe uideor. Sic igitur interpunctiones apponendæ, Sed propter memoriam rerum, quas geſſerunt, pro Populi Rom. libertate, & ſalute Reip. nimis feroces.

473 *Horum ego cogitationes*) Cogitationem, o. l. u. quod placet.

473 *Hæc quoq; pericula tanta ſi effugero*) Hæc quoq; tanta pericula. c. o. l. u.

473 *Proficiſcar omnino P. C.*) Sic interpungendum eſt, Proficiſcar omnino P. Conſcripti totum. c.

PHILIPPICA XIII.

Pag. 474 *In principio huius belli P. C.*) In, ab o. ferè l. u. abeſt. quod probo.

474 *Nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere poteſt*) Sic o. l. u. Nec publicas leges uidetur, nec libertatis iura cara habere: quem. c.

474 *Cum auctorem ipſum iure cæſum*) Hoc loco l. u. inter ſe diſsident. Lang. ſic, Cum autoritatem iure cæſum fateamur. Sc. Cum ipſum iure cæſum fateamur. nonnulli, Cum autorem iure cæſum fateamur. Ego ſequor Sc.

474 *Non erat deſperandum, ſi conueniſſent*) Conueniſſet, o. l. u. quod probo. Idem mendum apud Cæſ. l. 1. bel. Gal. Si in eo manerent, quod conueniſſent. Conueniſſet enim corrigendum eſt.

474 *Hoc uero quod eſt?*) Quid eſt, o. l. u. quod placet.

Pag. 475 *Nucula, Numatio*) Munatio, nonnulli u. l. recte: T. enim Munatium Plancum ſignificat.

475 *Barbas, Caſsios*) Interualli nota fortaſſe delenda eſt:

da eſt: nam Barb*am Caßium fuiſſe ex familiaribus Cæſaris, apparet ex* XIII. *l. ep. ad* Att. *in extremo,* Ac *mihi* Barb*a Caßius ſubuenit: cuſtodes dedit.*

475 *Petißium, comitatum relinquo)* Pro *Petißium,o.l.s.*Pe*ditum.quod etſi reijcio, librorum tamen conſenſum ſilentio præterire non placuit.*

475 Hoc *ſi* A*ntonius uiol.)*Hoc *ſi* M.A*ntonius.rectè.*

475 *Quam uim anhelitus?) Quem uini anhelitũ,nonnulli u.l.in queis* Gad.*ita locutus eſt poſt red.ad* S.Non *te illius unguentorum odor,non uini anhelitus.* Iam M. A*ntonio uinolentiã ſæpe obijcit:& paulò antè ſpiritum dixit:ut nihil opus fuerit,hic uim anhelitus inculcare:ut mihi dubium non ſit,quin hoc probandum,illud alterum reijciendum ſit.* Hoc *enim meo quidem iudicio ſignificat,* A*ntonios nullum genus contumeliæ præterituros eſſe,ut ne ab eo quidem temperaturi ſint, quin in omnium ora irructent.*

475 Id *ipſum uix talibus factis poſſet aliquo modo)* Sic *o.l.u.*Id *ipſum uix ſtabilibus factis poſſet.* Tres *l.non illi u. quidem,ſed tamen ſcripti,*Id *ipſum uix ſtabiliri fœdus poſſet aliquo modo.ego ſequor impreſſos.*

475 *Odiſſet)* Od*iſſes,l.u.*

Pag. 476 *Næ ego iſtam ſapientiã)*Sic *o.l.u.*Ne *ego ſapientiã iſtam,quamuis ſit erudita,audiã.q.i, quod ad collationem attinet,placent:quod ad* Non*, deeſſe non abeſſe mihi uidetur.* Cic. III. Tuſc. Ne *iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimãda eſt.& l.*III. *de* Fin.Ne *ego iſtam glorioſam, memorabilemq; uirtutem non magno æſtimandam putem.*

476 *Atq; his uti uelis)* I*taq; his.c.o.l.u.quod placet: ut ſint duæ (ut* Donati *more loquar) partes orationis:quemadmodum illud,*Imo *ita uolo:itaq; poſtulo,ut fiat.*

476 *Pace'que potiamur)* P*acemq;,o.l.u.ut illud* Teren*tianum,*

tianum,Patria potitur commoda.

476 *Sin liber uiuis his,incolumibusq́; eſſe nullus poteſt)* Sic o.l.u.*Sin ius incolumibus ijs nullum eſſe poteſt.*

476 *Aut enim illis interfectis)* At enim uictis his, Lang. & cum eo pleriq;.nõnulli tamen cũ impreßis conſentiunt.

476 *Aut oppreſſa)* Oppreßi,o.l.u.quod placet.

476 *At enim nos M.Lepidus imperator,Pontifex Maximus)* Sic omnes l.u.Imp.iterũ Pontifex Max.L. Lucullus, ut Euſebius literis tradidit, primus ĩperator appellatus eſt; Armenia,Meſopotamia,& Niſibi cũ fratre regis capta: ac principio quidem nemo hoc honore dignabatur,niſi qui res ampliſsimas,præclariſsimasq́; geßiſſet.poſtea is ita peruagatus,atq; peruulgatus eſt,ut uel minimis rebus geſtis nomen hoc multis tribueretur,neq; ſemel modo,ſed iterũ ac ſæpius, ut ueterum monumenta declarãt, & Dion memoriæ tradit. Hac autem appellatione decorabantur duces aut exercitus cõclamatione,aut,quod erat(opinor)honorificentius,decreto Senatus. Atque hanc quidem arbitror Euſebium notare uoluiſſe,nã illa altera uetuſtiſsima eſt.id quod uel ex uno loco Liuij intelligi poteſt: Tum Scipio, inquit, ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent. hunc autem imperatorem iterum appellatum fuiſſe, etiam ex epiſtolis ipſius ad M. Tullium ſcriptis apparet, in quibus aſcribit, M. Lepidus imp. iterum. Res geſtæ ita obſcuræ fuerunt, ut earum memoria penitus euanuerit. hoc extat, à Cæſare Hiſpaniæ citeriori præpoſitum fuiſſe,& poſt interitum eiuſdem hanc eandem obtinuiſſe. hoc oſtendit Velleius: Antonius, inquit, fuga tranſgreſſus alpes, primo per colloquia repulſus à M. Lepido,qui Pontifex Max.in C. Cæſaris locum furto creatus decreta ſibi Hiſpania, adhuc in Gallia morabatur.ut

autem Dion tradit, Narbonenſi etiam Galliæ præerat. illud alterum apud belli Alexandrini ſcriptorem apparet.

476 *Ac mea quædam officia in illum*) *Ac mea quædam in illum.c.o.l.u.quod probo.*

Pag. 477 *Adduxit ad pacem*) *Ad urbem, o.l.s. quod etſi aſpernatus ſum, nolui tamen prætermittere.*

477 *Quos potui ampliſs.*) *Quàm potui, magis placet.*

477 *In quibus uos mihi eſtis aſſenſi*) *In quibus mihi uos.c.o.l.u.*

477 *Magnis & multis pignoribus*) *Pigneribus, tres l.u.in quibus Lang. Grammatici quidem & Pignoribus, & Pigneribus ſcriptores extuliſſe tradiderunt.*

477 *Summa nobilitas eſt hominis, honores*) *Lang.ſic, Summa nobilitas eſt, omnis honor ei eſt. nonnulli ſic, Omnes honores. quod probo.*

477 *Primum ut licuit*) *L. Lang. Sc. cæteri ferè l.u. Primum licuit. nonnulli, Quàm primum ut licuit. ut fortaſſe corrigendum ſit, Cum primum licuit. hoc certè probat Latina conſuetudo, illud alterum reijcit.*

477 *Præterco illius ex grege latrocinij neminem*) *Lang. ſic, Præterco amo' ex grege latrocinij neminem. Nonnulli, aio, ego oio corrigendum puto.*

Pag. 478 *Hanc mihi diſsipationem*) *Diſpenſationem: o.l.u. perſpicuè rectum.*

478 *Argentum, ueſtem, ſuppellectilem uniuerſam*) *Pro Vniuerſam, Lang. Vnum. Sc. Vna. Gad. & alij nonnulli, Vinum: atq; hoc quidem probo. ſic in Phil. 11. Maximus uini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa ueſtis, multa & lauta ſupellex.*

478 *Albanum, Firmanum*) *V. l. Formianum: pleriq; Firmianum, in queis Lang.*

Anſe

478 *Anſeres depellantur)* Depellentur, probo.

478 *Ita deſcribite)* *deſcribetur, o.l.u.*

478 *Proſequetur)* *Perſequetur.uet.lib.rectè.ut illud de prou.* Cons.*Si idem extrema perſequitur, qui inchoauit.*

478 *Auguratus locum: in quo ego eum.c.)* In quem, *nonnulli u.l.à quibus conſuetudo* Latina *facit: quæ ita loquitur, ut dicat,* Cooptarentur *patricij in loca uacua, in ſenatum, in collegium.non* In *locis, in ſenatu, in collegio.*

478 *Augurem Iouis optimi, maximi) Augurem Iouis maximi, Lang. & alij nonnulli.ut in* XIIII.*Phil. Hoſtesq; nefarios huic* Ioui *maximi.Sc.Tamen liber,* I. O. M. *ſequamur igitur impreſſos.*

Pag. 479 *Silentio* P.C.*prætermittẽdum) Prætereundum, o.l.u.quod probo.*

479 *Quàm mores eius ferunt)Eius mores.c.o.l.u.*

479 *Etiam ſi turpia.c.)* Etiam'ne *ſi, o.l.u. ut illud in* V. *Tuſc.*Etiam'ne *ſi ſenſibus carebit oculorum?*

479 *Hæc ſi cogitas* M.Lepide,M.Lepidi Pontificis *Maximi fueris pronepos) ſic l.Lãg. Hæc ſi cogitaſſes* M.Lepide P.M.*Põtificis Maximi pronepos. Pleriq;, in queis* SC.*ſic, Hæc ſi cogitaſſes* M.Lepidus P.M.M.Lepidi *põtificis maximi pronepos.Ego ſic, Hæc ſi cogitaſſes* M.Lepidus *pontifex* Max.M.Lepidi *pontificis max. pronepos.quam ſententiam eo aſſeuerantius affirmo, quòd* Fueris, *ab o.l.u.abeſt.*

Pag. 480 *Quàm antiquis & domeſticis malle)* Quàm *& antiquis, o.l.u.quod placet.*

480 De D. Bruti *ſalute certatur)* In D. Bruti. *c.o.l.u.* Recentiores *ſequor.*

480 *Niſi nobis ſaluis)Bonis ſaluis, Lang.quod placet.*

480 *Vidit quàm confectus) Sic o.l.u.* Vidit, *quàm abiectus, quàm confectus eſſet.*

480 *Et ſceleribus abſtinere)* Sceleribus *ſe abſtinere,o.l.u.ut in* I I.Phil.Quòd *te abſtinueris nefario ſcelere.*

Pag. 481 *Dij ipſi immortales præſidium)* Dij *immortales ipſi,o.l.u.*

481 *Quem tamen ille demens)*Tum,o.l.u.

481 *Quæcunque falsò diceret)*Lang.Sic,indiceret:alij, Indiceret:*ut fortaſſe corrigendum ſit,*Is *diceret.*

Pag. 482 *Eodemq́; die ipſo)* Eoq́; *ipſo die,o.l.u.placet.*

482 *Citius lecta, quàm ſcripta ſunt)* L.u.partim Perlata,*pro* Lecta:*partim* Deleta. Lãg.Delata:*quod uerũ eſſe iudico.Siquidẽ* S.C.*deferri dicebãtur,cũ facta, ac ſcripta ad ærarium deferebãtur.ſic in ſuperiori oratione,*S.C.*falſa delata ab eo iudicauimus.*Et *in ep.ad* Cornif.*omnia tũ falſa* S. C. *deferebãtur.*Quòd *aũt ad ærarium deferrentur,apparet in* v.Philipp. S.C.*tanquã facta ad ærarium deferebantur.* Hoc *etiam* Cor.Tacitus l.I I I.*declarat.Factum inquit* S.C:*ne decreta patrũ ante diem decimum ad ærariũ deferrentur. &* Liuius l.x x x I x.Qui *per infrequentiã furtim* S.C.*factum ad ærariũ detulerit.*Idem *tamẽ* l.I I I.*ſcribit,inſtitutum fuiſſe à* L. Valerio, M.Horatio Coſs.*ut* S. C.*in ædem Cereris ad* AEdiles *pl.deferrentur : quæ ante arbitrio* Coſs.*ſupprimebantur,nuntiabanturq́;.* Vt *hoc antiquis illis tẽporibus illud recentioribus factũ eſſe uideatur.* Quanquã Pomponius *iuriſconſultus memoriæ prodat,non* S.C. *ſed plebiſcita ad illos* AEdiles *deferri ſolita fuiſſe.*Sic *autẽ loqui ſolet* Cicero, *cum quid præpoſterè factum uult oſtendere.ut in* v.Quid *non'ne ante lata quàm ſcripta eſt? quod de lege loquitur : ſi de* S.C. Delata *dixiſſet.* Quod *quidem uerbũ me admonuit,ut ex eo loco pro do. ſua,mendum tollerẽ,*Quæ *& illud natiuum,& hoc delectum malum ſanare poſſet.*Ego Delatum *corrigo:ut contrarium contrario reſpõdeat.ut illud in* v I I.*l.acc.*Quæ non

non iam recepta, ſed innata: neque delata ad me, ſed in anima ſenſuq; meo penitus affixa, atque inſita eſt.

482 *Aut egredi, aut progredi)* Regredi, *aut progredi*, o.l.u. *perſpicuè uerum.*

482 *De ſingulis ſentētijs breuiter diſputo)* Sic o.l.s. De *ſingulis ſententijs breuiter diſputo: uelim* P.C.*c.placet.*

Pag. 483 *Satis quidem hæc ſcite)* Satis *hoc quidem ſcite, omnes lib. uet. placet.*

483 *Quid ſe doluiſſe dicat)* Se, *ab o.l.u. abeſt, & certè ſuperuacaneum.*

483 *Soluto ſupplicio parricidæ)* Parricidiæ, *nōnulli ueteres libri. ut fortaſſe corrigendum ſit,* Parricidij. Parricidæ, *certè non conuenit.*

483 *Cariorē pop.*Ro.)R.P.*o.l.u. ego cæteris aſſentior.*

Pag. 484 *Qui ex eadē ſuſtulerit liberos)* Sic Lang. *Sic omnes ferè l.s.* Qui ex ea die. *Qui quidē tot librorū conſenſus, ac penè conſpiratio hanc in opinionē me adduxit, ut putarem pro* Ea die Fadia *reponēdum: ut Antonio ignobilitatem uxoris obijciat: ut in* III. *Eū dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cuius pater* Numitoriā Fregellanam *proditoris filiam habuerit uxorē, ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. &* II. *Cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos nepotes* Q. Fadij *libertini hominis fuiſſe.* Mulieribus *autem non fuiſſe prænomina, docet* Plutarchus. Appellabantur *autē uel gentis nomine, ut* Licinia, Cornelia: *uel cognomine, ut* Metella, Lepida. *Hoc autē iccirco dixi, ut cum de nomine patris inter omnes conſtaret: ex eo nata cur appellata ſit* Fadia, *nemo requireret. Iā ſuprà de* E *&* F *ſimilitudine, earumq; literarū crebra inter ſe loci commutatione, quæ multos crearit errores, ſatis ſuperq; diximus: ut in dubium uenire non debeat, quin ita corrigendum ſit: nam*

Ex ead

Ex eadē quidem apertè falſum eſt. Quis enim dixit unquam, Suſceperit liberos ex eadē humilitate. Deinde Cicero uideretur quadā præuaricatione concedere, quod aduerſarius intendit. uel, ut uerius dicam, nō ſibi ipſi conſtare: quē enim dudum ſplendidi equitis Ro. filium fuiſſe cōfirmarat, hunc paulò pòſt ex homine libertino natum eſſe confiteretur.

484 Ornatum eſſe beneficijs Cæſaris) L.u.ēē beneficijs C. Cæſaris. pro ēē, ego Eis, uel Et, ut ſit, Acerbiſsimum eſt, te ornatum eis beneficijs: uel, Te & ornatum beneficijs: & talem ab eo relictum id agere. c. aut certè aliquid deeſt.

484 Sed illa ornamēta) Illa ōa ornamenta, Lang. & Sc.

484 Mentem, mentumq́;) Mentum, mentemq́; nonnulli ueteres libri, in quibus Sc. quod ſummopere placet. aliter enim nihil habet ſalis.

484 Fortiſsimum uirum ſentit, & ſentiet) Virum fortiſsimum ſenſit, & ſentiet, o.l.u.

484 Eſt iſtud quidem nomen) Eſt iſtuc quidem, o.l.u.

484 Qui ſuam amentiam huic præbet) Suam amentiā puero huic præbet, o.l.u. & pulchre meo quidem iudicio.

484 Patriæ pater eſt) pro Pater eſt, Parens, nōnulli u.l. in queis Lang. quod placet: ut Antonij uerbum ponatur.

484 E tuis facinoriſsimis) Facinoroſiſsimis.

484 Et ut ueneficus hac liberetur obſidione) Et ut uenefica hæc, o.l.u. & paulò pòſt, duobus locis ſemper Veneficam, non Veneficum, per contemptionem ſcilicet: ut illud ad Att. Duce filiola Curionis. Et illud de Or. Quid tu Egilia mea, quando uenis ad me cum tua colu, & lana?

484 Neque iſtinc, ſi cupias) Neque te iſtinc, o.l.u.

Pag. 485 Cur aūt nolim) Nolint, emēdo. res perſpicua.

485 Quæ tandē) Hæc uerba Ciceronis meo quidem iudicio, non Antonij ſunt. Itaq; literis, ut ita dicam, minuſculis

ſcribent

ſcribenda,ſic, Quæ tandem? & ut quod ſentio dicam: magis etiam placeret, Qui tandem: ut Qui Quomodo ualeret: & ad illud referretur, quod dicit, Nimirum eodem modo.

485 *Potius Senatum appell.*) *Senatum potius*, o. u. l.

485 *Innocens Caius*) *Innocens Gallius*, o. l. *ſcripti*. M. *quidem Gallium ſectam Antonij ſecutum*, l. I I I. *docet Appianus. Suetonius quoq; ſcribit, Tiberium à* M. *Gallio ſenatore adoptatum adita hæreditate, nomine tamen abſtinuiſſe, quòd Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat.*

485 **Coricus laterum & uocis meæ Beſtia*) *Extra Lãg. Qui pro Coricus Eoricus habet, cæteri l. s. ab impreßis non diſcrepant. qui Teſtis repoſuerunt, id credo pro ſuo iure fecerunt, non de autoritate librorum.*

485 *Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſuis publice*) *Eodẽ modo l. s. ut impreßi. Ego ſic, Quem Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſeruis publicis: ut Cotylam tantũ modo notet: atq; idem hic obijciat, quod in* V I I I. *Phil. Cum ad nos Cotylam mitteret ornamentum, atq; arcem amicorum ſuorum, hominem AEdilitium; ſi uerò tum fuit AEdilitius, cum iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt.*

485 *Tribunitij primũ duo deſignati*) *Tribuni, ſine controuerſia emendandum. Quod autem ſequitur*, T. *Hoſtilius*: *Tullius* Hoſtilius, o. l. u. *nonnulli de recentioribus, Tullus. quod placet. Iam pro Inſcripſit, Aſcripſit* Lang. *Pro Potuiſſet, Poſſet, omnes ueteres libri.*

485 *Viſcius neſcio quis*) *Qui, Lang. utrunq; uſitatũ. Cic. in Acad. Et iſte neſcio qui, qui in ſcholis nominari ſolet.*

485 *Viſcius*) *Inſicius, l. u. recentiores nonnulli, Ipſeus. Pro Iſauri, l. u. Niſauri. ut fortaſſe corrigendum ſit, Piſauri. nam Iſaurum quidem nuſquam gentium eſt.*

C. Planc

485 C.Plancus) T.omnes l.u.rectè.

485 A qua exceſſerat legibus) Ex qua nonnulli u.l.Scalæ liber, Vnde legibus exceſſerat.

485 Eſt etiam ibi Decius ab illis, ut opinor, maioribus Decijs)O.l.u.Muribus, nõ maioribus: & præclarè: ſiquidem Decijs hoc erat cognomen: quod ex Liuio ĩtelligi poteſt, qui l.VIII.Creauere, inquit, Coss.T.Manlium Torquatũ III. Et P.Decium Murẽ. & l.x.Coss.noui Q. Fabius Maximus III.P.Decius Mus.hoc etiã in ueterũ monumẽtis è marmore apparet.Librarij hoc ignorãtes Maioribus pro Muribus repoſuerunt. Idem propè euenit in locum Frontini de aquæ ductibus, Appia M. Valerio Max. P. Decio Murena Coss. anno XX. poſt initiũ Samnitij belli inducta eſt Appio Claudio.eſt enim ſcribendum, P.Decio Mure, non Murena.

485 *Itaq; Cæſaris munere Deciorũ quidẽ) Sic Lang. Itaq; Cæs.munerorc ſit Deciorũ quidem. Sc. Cæs.es numeroſe, ſed Deciorũ quidẽ.Gad. Cæſaris numeroſe ſit.c.nõnulli, Itaq; ut Cæſorum modo ſic Deciorũ.c.alij, Itaque Cæſorum numero ſit. c. alij Cæſ.numero ſe ſcit Deciorum quod.quorum nullum omnino probo: Locus deprauatus.

Pag. 486 Alter Soſeranus) Lang. Saſerana. nonnulli, Saxerna: ut fortaſſe corrigendum ſit, Saſerna.de quodam Saſerna hic idem in ep. ad Att. de duobus fratribus Saſernis, quorum alteri prænomen C.alteri P.fuerit, belli Africi ſcriptor: ut fortaſſe ob eam cauſam alter Saſerna, ſeq; in eorum prænominibus errare dixerit.

486 Omnes tamen tantam habent) Sed omnes tamen, o. l.u.quod placet.

486 Eius'que collegã A.Marcellum) Eius'que collegam ante Marcellum, Lang. Nõnulli, M. Marcellum. Alij utrunque, ante M. Marcellum: quos ſequor: ut Ante ad Modo, M.ad

M.ad Seruium referatur.

Pag. 487 Reliquos præclariſſimos uiros) Clariſſimos, o.l.u.quod probo.

487 Vt M.Arullum, ut Cæſarẽ etiam) Sic Lang.& ceteri ferè, ut M.Arillum, & Cæſ.etiã. Ego ſic, Vt Marullum, ut Cæſetium. c.quid nobi, uel potius Cicero ſibi uelit, Suetonius indicabit, Cum ſacrificio, inquit, Latinarum Cæſare reuertente inter immodicas, ac nouas populi acclamationes quidam è turba ſtatuæ eius coronam lauream candida faſcia præligatam impoſuiſſet: & Trib.plebb. AEpidius Marullus, Cæſetiusq; Flauius coronæ faſciam detrahi, hominemq; duci in uincula iuſſiſſent: dolens ſeu parum proſpere motam regni mentionem, ſiue, ut ferebat, ereptam ſibi gloriam recuſandi, Tribb.grauiter increpatos poteſtate priuauit. Hoc idem Dion, Plutarchus, Appianus.

487 Vectigalia Iuliana Lupercis ademiſtis) Scribit Dion, Senatum maximos, atque ampliſſimos honores Cæſari decreuiſſe, in eis tertiam quandam Lupercorum ſodalitatem: quam Iuliam, inquit, nominarunt. Ex quo interdum uenit in mentem ſuſpicari, Iulianis eſſe pro Iuliana reponendum. Quod tamen tot libris refragantibus affirmare non auſim.

487 Colonias deductas lege, ſenatus conſulto) Colonias deductas lege, S.C. omnes l.u. quod placet.

487 An cõtra legem comitijs Centuriatis latam ſanximus?) L. ſcripti ab impreſſis non diſſentiunt. Ego ſic, Lege Comitijs Centuriatis lata. Vt ſit, Non ſuſtulimus Colonias, ſed ſanximus lege comitijs Centuriatis lata.

Pag. 488 Ex quo iam ipſi ſentiũt ſe unquã exituros) Sic o.l.u. ex quo ipſi iam ſentiunt, ſe nunquam exituros.

488 Iura belli adẽpta) Iure, nõ Iura, l.u. perſpicuè uerũ.

488 Illud tamen aduertite) Animaduertite, libri ueteres,

res, ſequor.

488 *Neminem Pompeianum,qui uiuat*) *Videtur aliquid deeſſe. quidam quaſi pro ſuo iure ſuggeſſerunt*, An *neſcitis: nam libri quidem ſcripti ab impreßis non diſſentiunt.*

488 *Qui quaſi iam legis*) *Libri ſcripti ad unū cum impreßis conſentiunt. quidam pro* Qui *quaſi*, Q*uiſquam repoſuerunt*. Ego,Q*ui quæſo : nam & ad ſententiam conuenit,& liber ille* Lang.*omnibus ferè in locis, ubi* Q*uæſo impreßi,is* Q*uaſi habet. quod hanc in opinionem me ducit, ut putem illud etiam in* v.*libro de* Fin.Nunc *idem, dico inquies,ſed ad uirtutes,& ad uitia nihil intereſſe:quis iſtud quaſi neſciebat?ſimili ex mendo laborare.certe,*Q*uæſo,conuenit:* Q*uaſi,perſpicuè falſum eſt.*

488 *Omnino quidem mea ſententia*) *Omnino mea quidem ſententia,*o.l.u.*probo.*

488 *Petum & Menedemum*)*Petrum,*o.l.u.

488 *Reſpondebo*)L.u.R*eſpondeo.*

488 *Præſens tibi ipſe*) *Præſens tibi & ipſe,* o.l.u. *quod ualde placet.*

Pag. 489 *Neſciebāt ueterani*)*Ignorabāt,*Sc.l.*qđ placet.*

489 *Non illis Senatus auctoritatem, an libertatem populi* Ro.*ſequantur?*) *Aut libertatem populi* Ro. *ſequebantur,nonnulli* u.l.*quod placet.*

489 *Cæſaris ulciſci mortem uolebant*) *Cæſaris mortem ulciſci uolebant.*o.l.u.*quod probo.*

489 *Homo turpis:ſiquidem imitaturi ſumus*) *Sic* Lang. *& cæteri ferè*, Honos *turpes ſiquidem* Cn. *Pōpeium imitaturi ſumus.*Ego *ſic emendaram,*O *nos turpes:ſiquidem* Cn. Pompeium,c.*opinionem meam* Sc.*liber approbauit.*

489 *Tanto ſtudio, conſenſu'que defenderint*) *Offenderint.*o.l.u,*optime.*

Deprau

489 Deprauati aut corrupti ſunt) Deprauati, an corrupti ſunt, o.l.u. quod tamen non probo.

489 Quibus perſuaſum ſit) Eſt, Lãg. & cæteri ferè l.u.

Pag. 490 Si tamen patiuntur perire) Si tantummodo patiuntur. c.o.l.u. quod probo.

490 Quàm benigne deniq;) Eodem modo l. s. ut impreſſi. Ego ſic emendandum arbitror, Quàm benigne. Itaq; uſi. c. aut certè ſic interpungendum, Quàm benigne deniq;, uſi. c. illud tamen, quod teſtatus ſum, magis placet.

490 Qui iudicauerint Dolabellam hoſtem) Hoſtem Dolabellam, o.l.u.

490 Eademq; inhiberet ſupplicia) Qui in l. ſuis repoſuerũt Adhiberet pro Inhiberet, nimis arroganter mea quidem ſententia fecerunt: nam primum o.l. cõtra faciunt: deinde Inhibere uerbum eſt & uſitatum, & optimum: & idem ferè ualet, quod Adhibere. Plaut. in Bacch. Hoccine hic pacto poteſt inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus uapulet. Liu. l. I I I. Animis ad imperium inhibendum imminutis. & I I I I. Pronuntiaueruntq; ex collegij ſententia, C. Valerio Cos. ſe damnum, aliamq; coërcionem aduerſus interceſſionem collegæ delectus cauſa detrectantibus militiam inhibenti auxilio futuros eſſe. ut igitur Imperium, Damnum, Coërcionem inhibere, ſic Supplicium rectè dicitur.

Pag. 491 Perfugium ſcelerum eſſent) Eſſet, o.l.u.

491 Si eſſet iugulata, nunquam exurgeret) Reſurgeret, Lang. Quod etſi non probo, iccirco tamen nolui prætermittere, quòd & Poëta, Reſurgere Troiæ regna, Reſurgere amorem, & Ouidius Scintillam reſurgere dixit.

491 Atq; hoc bello de elegantia) Atqui, o.l.u. optimè.

491 Potius quàm populi Ro. defenſionem uocas) A populo Ro. defectionem uocas? Lang. & cæteri ferè l.u. præ-

l clarè,

clarè, & perſpicuè. Nonnulli, à R.P.

491 *Potius'ne Trebonij mortē, quàm Cæſaris, perſequamur?*) Potius Trebonij mortem, quàm Cæſ. perſequimur, o. l. u. Ego autē, ut quod ſentio liberè dicam: non enim tibi, quid in libris reponas, præſcribo: ſed, quid mihi uideatur, expono: ſic arbitror Ciceronem ſcriptum reliquiſſe, Trebonij mortem, an Cæſaris perſequi. Vt ad ſingulos Antonij epiſtolæ articulos accedat, eadēq; uerba repetat: ut proximis locis facit.

491 *Si qui non moleſte tulerunt*) Si, à Lang. & multis alijs l. u. abeſt. quod placet.

Pag. 492 *Eiſdē ornamētis*) Iſdē, o. l. u. de hoc Cicero in Or.

492 *Ego laniſta? equidem non inſipiens.*) Pro Equidem nonnulli ſcripti libri Etenim, pleriq; tamen, Equidem. ego, Et quidem, probo: nam & uenuſtatem, & uim maiorem habet: & ut nihil celem, etiam magis arrideret Iugulari, quàm Iugulare: ſiquidem laniſtæ non ipſi depugnabant, ſed erant gladiatorum magiſtri.

492 *Nam Cæſari plurima, & maiora*) Nonnulli u. l. plura. Quod probo: ſequitur enim, Maiora.

492 *Flamina cur reliquiſti?*) Flaminiam l. Lang. & alij multi. Vt fortaſſe rectum ſit Flaminium, non Flaminia: ſiquidem uocabulum hoc ſingulare, non multitudinis eſt. Liuius, C. Claudius Flamen Dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abijt. Fabius Pictor apud Gellium, Vxorem ſi amiſit, Flaminio decedit. Val. Max. Flaminio abire iuſſi ſunt. Trogus apud Priſcianum, Propter mortem Flamineæ, Flaminio abijt.

492 *Nec meam quidem contumeliā*) Quidem, à Lang. & cæteris ferè l. u. abeſt: & mehercule ſuperuacaneum eſt.

Pag. 493 *Homo pius non poteſt*) L. Lang. & alij nonnulli, Bonus homo non poteſt.

493 *Quam fidem? an optimi cuiuſq; ſedes, urbis & Italiæ partitiones, ſententias dandarum.c.)* Hoc l. ſcripti differunt ab impreſſis, quòd pro Sedes Cædes, pro Sentẽtias partim Suas, partim Suis. ego ſcriptura omni diligẽter conſiderata, ſic arbitror emendandũ. *Quam fidem? an optimi cuiuſq; cædis, urbis & Italiæ partitionis, ſuis dandarum diripiẽdarumq́; prouinciarum?* Nam primum hoc, *Sententias dandarum diripiendarumq́; prouinciarũ*, præterquam quod librorũ V. autoritate non nititur: præterea uerba ſunt inania: nec ijs eſt ulla ſubiecta ſententia, quæ quidem ad mẽtem Ciceronis accedat. At quod ego autoribus l. antiquis repono, dicit quod ad rem pertineat: bonam ſententiam habet: bene ſenſa Ciceronis exprimit. deinde illud, *Quam fidem? an optimi cuiuſq; cædes*, inuſitatum, atq; inauditum eſt. Quis enim ſic unquam locutus eſt, ut diceret, Do fidem cædem alicuius? at Do fidem cædis illius, uitæ, & aliorum id genus in conſuetudine Latina eſt. Liuius, *Vitæ tantum, libertatisq́; fidem acciperent.* & alibi, *Gens fallax, promiſſi fidem præſtitit*, & alio loco, *Quæ & ipſa fidem induciarum ruperat.*

493 *Fœdere, ac fide ſancíretur?)* Et, pro Ac, omnes l. u.

493 *Quanquam affirmare de aliquo difficile eſt)* De altero, o. l. u. ut ad Brutum. *Non ſoleo mi Brute, quod tibi notum eſſe arbitror, temerè affirmare de altero.* In hoc conſuetudo uaria non eſt.

493 *Niſi forte ſubſidio tibi uenire arbitraris cum fortiſſimis legionibus, magno equitatu, peditatuq́; Gallorum)* Sic o. l. u. *Niſi forte eum ſubſidio tibi uenire arbitraris cum fortiſſimis legionibus, maximo equitatu, peditatu Gallorum.*

493 *Ante Aduẽtum eius)* Ante eius aduentũ, omnes, l. u.

493 *Vtiliora Reip. ſint)* Sunt, o. l. u. placet.

493 *Nam ſi uicti Pompeiani)* Sic o. l. u. Nanque ſi uicti

Pompeiani tam inſolentes ſunt.

Pag.494 *Aut ulciſci parati ſunt*) Sint, *o.l.u. perſpicuè uerum.*

494 *Poterit ne ſe tenere?*) Poterit *ſe tenere?o.l.u.*

494 *Quo maior adoleſcens Cæſar maiore deorum,c.*) Sic *o.l.u. Quo maior adoleſcens Cæſar, maioreq́; deorum. quod probo.*

494 *Vnquam abductus eſt*) *Abductus unquam eſt*,Lang. *& alij nonnulli.*

494 *Quàm Cæſar adoleſcens*) *Quàm primum Cæſar adoleſcens,o.l.u.& paulò pòſt*,Deinde.

Pag.495 Bellum *quo ueniat*) Sic Lang. Bellum *q̄d. cæteri ferè, quod.* Vt *fortaſſe corrigendum ſit*, Bellum *quidem ueniat.* Vt oratio Ciceronis *ſit*, non Antonij : *idemq; dicat, quod in* V.Phil.*eo loco*, Ad hunc *utrum legatos, an legiones ire oportebat? Inſequens membrum conſidera : ſi emendationem meam tibi non probabit, at illud certè aperiet, hic non* Antonium,*ſed* Ciceronem *loqui.*

495 *Cui igni,ferroq́; minitatur*) Cui ignis, *ferrumq́;.c.* Sc.lego,Ignem, *ferrumq;,ut illud,* Atque *huic urbi ferrum, flammamq́; minitantem.*Hac de re *aliâs.*

495 *Quæ poſtulāt,cognoſcā*)*Poſtulēt,omnes l.u.placet.*

495 *Cum locum tibi relictum non modo ad pacem*)Pro Relictum, *quidam* Reliquum *in ſuis l.repoſuerunt.* Quod *ualde placet : etſi o.l.s.contrà faciant.*

495 M.*Lepidus uir ornatiſsimus,omnibus & fortunæ, & uirtutis bonis*) O.*l.u.omnibus & uirtutis & fortunæ bonis.Multò concinnius.*

495 *Prius undas flammamq́;*) Sic *o. l. u. Prius undas flammam ut ait.* E *recentioribus nonnulli,Prius undis flamma.quod fortaſſe rectum eſt.*

Moueri

495 *Moueri ſedibus huic urbi.c.) Moueri ſedibus ſuis huic.c.nonnulli u.l.quod placet.*

PHILIPPICA XIIII.

Pag.496 *Sceleratorum hoſtium) Sceleratiſsimorũ,o.l.u. Apud Non.Marcellum hoc membrum ita ſcriptum eſt, Sceleratiſsimorum hoſtium exercitum fuſum,cæſumq́; cognoui.*

496 *Et ex ea uictoria) Et,nullis in libris u.reperitur:ut ita fortaſſe corrigendum ſit,& eam uictoriam,quæ parta eſt, conſecutum.*

496 *Si cognouiſſem) Si,delendum eſt.*

496 *Ante uero quàm ea res, quam auidiſsime ciuitas expectat,allata ſit) Ante uerò ante quàm ſit ea res,quam auidiſsime ciuitas expectat,allata,o.l.u.*

496 *Lætitiæ riſus ſatis eſt) Nõnulli s.l. Vſus.quod probo.*

496 *Ab eorundem aris) Ab eorum aris,o.l.u.*

Pag.497 *Cum uideant illum glorioſiſsimum) Glorioſiſsimum illum,o.l.u.*

497 *Hunc tantum ei fructum) Tantum,à l.u.abeſt.*

497 *Ad ſaga iuiſſe) Iſſe,o.l.u.*

497 *Conſules ſortiti) ic Lang.Conſ.ſortitu.Sc.& cum eo pleriq́; Cos. ſortitu.in hoc omnes, loquor de ueteribus, conſentiunt, quòd Sortitu, non Sortiti probant. Ego tamen recentiores,qui omnes ferè cum impreſsis faciunt,ſequor:etſi me non præterit,Sortitu ſortitione ualere, atq; eo uerbo M. Tullium ſemel uſum eſſe, ac poſſe hunc locum ſit explicari, A.Hircius conſul ad bellum profectus eſt ſortitu.*

497 *Cæſar cum exercitu comparato à primis peſtibus) Cum exercitu per ſe comparato eum primus, Lang. cæteri hoc diſcrepant, quòd pro Eum, Cum habent: quorum neutrum probo,ſed arbitror emendandum, Tum: ut ad Poſtea referatur.ut illud in. l. v i. ad Att. Sed & tum præſens, &*

poſtea creberrime non deſtiti rogare.c. Sic igitur ſcribendum eſt,Cum exercitu per ſe comparato,tum primis.

497 Niſi ut D.Brutum liberaret) D.Brutus liberaretur, omnes l.u.

497 Aut inibi eſſe:aut iam eſſe confectũ.Et ſpei c.) V.l.o. partim Mihi,partim Vbi,pleriq; Inibi,ut impreſſi:quos probamus. Inibi autem eſſe dicebatur id, quod nondum quidem perfectum, ſed ita parum aberat à perfectione,ut iam iamq; perficiendum eſſet:& ut loquitur M.Tullius, quod non confectum,ſed affectum erat. Affranius, Poſtquam ſe uidit inibi eſſe,gnatam paruulam ſororibus commendat.Pacuuius,Profecto inibi eſt:iam iam potiuntur frugum.Cæcilius,Liber'ne es?non ſum: uerum inibi eſt. Hæc à Non.Marcello mutuati ſumus. Multus autem iccirco fui, quòd in libris quidam pro Inibi Inceptum repoſuerunt:in quo non ſolum à ueterum l. ſcriptura diſcedunt, ſed ne mentem quidem Ciceronis aſſequuntur. Sic igitur totũ ex antiquorum librorum autoritate corrigendum eſt, Aut inibi eſſe,aut iam confectum:ſet ſpei.c.

497 Quid de hac re ſentiatis) Quid hac de re ſentiatis,o.l.u.quod multò concinnius eſt.

Pag.498 Quæ ſunt à Conſule) A Coss.id eſt, Conſulibus,ſine dubio emendandum.Locus ille declarat,ex literis C. Panſæ, A.Hirtij Coss.Cæſaris Propr.de honore dijs immortalibus habendo ſententias diximus.

498 Duorum Coss.tertio Cæſaris præſidio) Cæſaris prælio, o.l.u. Ego hoc amplius, quod pro Duorum, Duobus repono:quod ita perſpicue meo quidem iudicio rectum eſt ut approbatione non indigeat.

498 Tremere uultis, & dubitare utrum.c.) Sic o. l.u. Tremere uultis dubitatis. Nonnulli de recentioribus, Dubitantes:& hoc quidem uerum eſt.

Non

498 *Non iniuſta euelli, internecti nota) Sic Lang. & cæteri ferè, Non iniuſta euelli inter nec uno te.* Ego nihil, aut *parum de meo addens, de libris unam modo literam demens, diſiuncta autem, & quaſi diſcerpta coniungēs, & ſuo quæq; loco componens, mihi uideor in priſtinam quaſi formā hunc locum reſtituiſſe: ſic enim corrigo,* Non *inuſtæ belli internecini notæ.* Bellum *autem internecinum ualet* Peſtiferum, *capitale, exitioſum: cum ſ. non de imperio, ac dignitate, ſed de fortunis & capite dimicatur: neq; uter imperet, ſed uter ſit decernitur.* Liuius *l.* I x. *Deletaq; Auſonum gēs uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. &* l. x x I I. Non *internecinum ſibi eſſe cum* Romanis *bellum: de dignitate, atq; imperio certare.* Plin. Habet *deinde internecinū bellū cum* Ichneumone. Internecinū, *inquit* Sex. Pompeius *teſtamētum eſt, propter quod dominus eius necatus eſt.*

498 *Quod nulla barbaries poſſet ignoſcere) Sic o. l. u. Quod nulla barbaria poſſet agnoſcere.* Quod *mihi ita mirabiliter arridet, ut in eo M. Tulliū uidear agnoſcere.* Idē *autem* Agnoſcere *hoc loco ſignificat, quod loco illo pro* Milone, *Cū tota* Italia *facti illius gloriam libenter agnoſceret.* Pro Plancio, *Sequeſtrem'ne* Plancium *reſpuerēt aures, agnoſceret nemo. & pro* Celio, Iacis *adulteria, quæ nemo non modo nomine, ſed ne ſuſpicione quidē poſſit agnoſcere.* Dicit *idem mutatis uerbis pro* Cluētio, Quod *unquam* Habitus *in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideatur.* Barbari *igitur* Dolabellæ *facinus, ut abhorrens à natura ſua, non agnoſcerent: ex quo intelligi poteſt, quàm ferum, quamq; immane fuerit, quod homines etiā ad crudelitatē nati reſpuerēt.*

498 *Id duorum cōſilio factum)* Id *ſuo conſilio, o. l. u. quod probo: quod* M. Antonius *in ſua epiſtola dixerat, eoſdē nobis parcere idē ſentientibus: id* M. Tullius *ita interpretatus*

fuerat, Ita Antonio conueniſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, & ſi poſſet, etiam Brutum, Caßium diſcruciatos necaret. Propterea nunc dicit, Suo conſilio factum eſſe teſtatur.

498 . Niſi eum hinc ipſe Iupiter ab his mœnibus repuliſſet) Niſi eum hunc ipſe Iupiter ab hoc templo, atq; mœnibus repuliſſet, o.l.u. Ego hoc amplius, quòd pro Hinc Hic repono: ut paulò infrà, Hoſteſq; nefarios huic Ioui Maximo. Habebatur enim Senatus, ut opinor, in Capitolio.

498 Crudeliſsime interfecit) Crudeliſsimis exemplis interemit, o.l.u. Hoc autem uerbo ſcriptores grauia, atq; acerba ſupplicia dixiſſe, notißimum eſt: cur ita, docet Gellius.

498 Prælud ium illud, & portentum) O.l.u. Proludium. Vt ſcilicet quod in pugnis gladiatorijs ad uerum certamen proluſio eſt: in crudelitate, ac ſceleribus hoc Lucius ad M. Antonium eſſet. Eſt tamen uerbum inſolitum, nec ab ullo ſcriptore, quod ſciam, uſurpatū: nec bene cum inſequēti cohæret. Quid, ſi Propudium corrigamus? aptius omnino conueniret, & uſitatum eſt. Propudium, inquit Sex. Pompeius, dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem uolebant: quaſi porrò pudendum. Quidam Propudium putant dici, à quo pudor & pudicitia procul ſint. Plautus in Cur. Quid ais propudium? tun' etiam cum nocturnis oculis odiū me uocas? & in Bacch. Recede hinc directè, en ut pultat propudium. & in Pœn. Tun' audes etiam ſeruos ſpernere propudium?

498 Vel, ſi etiam dij oderint, quos oportet: omniū deorū) In Lang. Sc. cæteris ferè l.u. hæc extrema uerba nō reperiūtur. Nonnulli ſic, Vel deorū, ſi etiā dij oderint, quos oportet: quod minime diſplicet. Recētiores cū impreßis cōſentiunt.

498 Eaq; formidat dicere) Eaq; dicere formidat, o.l.u.

Pag. 499 Quas enim turpitudines Antonij libēter cum dedecore ſubierunt) Cum dedecore, ab o.l.u. abeſt, & mehercule

eiuſde ſuperuacaneum eſt:quis enim turpitudines ſine dedecore ſubit? ſic in I I I I.Acc.*Qui nulla conditione iſtam turpitudinem ſubiſſent.*

499 *Quorũ ſcelere crudelitatem conſtat* Carthaginen*ſium uictam eſſe*) Sic o.l.u.*Quorum ſcelere crudelitatẽ Carthaginenſiũ uictam eſſe fateatur.*Oratio *multò numeroſior.*

499 Non *eſt hoſtis putandus*) *Hoſtis* Antonius *putandus,*libri ueteres.

499 Ad Expiãdas *egeſtates*) Ad explendas,quidã repo*ſuerũt:ut illud de prouinc.*Cõs.Ad explẽdas *ſuas cupiditates.*

499 A *domeſticis hoſtibus,id eſt,qui intra mœnia hoſtes ſunt*) Dij *maleficiant iſti imperitorum generi,qui ſub omnibus rebus gloſſemata ſubſcribunt:quæ cauſa libros mẽdis refferſit:ſed quædam tamen ita perſpicua,ut fugere neminẽ poſſint,niſi eum qui planè cæcus ignorantia ſit, aut certè omnibus in rebus conniueat.* Vt *illud in* Catil.*oratione* I I I I.Vt *ſui oblitus,alij memoretur.*& *illud pro* Roſc.Amerino,In*ſutus in culeum:ſupplicium parricidarum.*Et *apud* Varronem *lib.*v I.Non *ſolum quod dicitur,malũ conſiliũ conſultori eſſe peßimum:ſed etiam bonum conſiliũ,qui conſulit,*& *qui conſulitur,bonum habendũ.* Q*uædam uerò ita figuram ueri fallaciter imitantur,ut difficile ſit internoſcere : cuiuſmodi illud pro* Milone,Q*uid,quod caput audaciæ eſt? nã* Audaciæ *meo quidem iudicio ſubditicium eſt:oculis tamen non intentis,neq; acriter intuenti uerum eſſe uidebitur.*Q*uorſum hæc oratio? inquies.ego uerba hæc,* Id *eſt intra mœnia hoſtes ſunt, etſi omnes libri cõtra faciunt, non dubito tamẽ quin gloſſema ſit, atq; ex eo genere quidẽ, quod nemini niſi planè hebeti obijcere poßit errorem:etenim quid erat,quod ſe ipſum perinde* M.Tullius *interpretaretur,quaſi quicquam nouum,aut inſolitum extuliſſet?non'ne* Domeſticas *inſidias,domeſticum bel-*

lum, hoſtes etiam domeſticos pro inteſtinis ſemel, & ſæpius uſurpauit? quocirca ex libris hæc potes meo periculo tollere.

499 *Iam aut fœdißimam)* Iam, ab o.l.u. abeſt.

499 *Cum non uni, ſed tribus ducibus)* Sic Lang. & cæteri ferè, Cum uni è tribus. ſolus Gad. Cum communiter tribus. quod placet.

499 *Quorum uirtute, & conſilij felicitate)* Quorũ uirtute, cõſilio, felicitate, o.l.u. ſic paulò infrà. Ita I I I. Impp. uirtute, cõſilio, felicitate uno die locis pluribus Reſp. eſt cõſeruata.

Pag. 500 *Noui & ſingularis debentur)* Noui ſingularesq; Lang. & cæteri ferè. numerus plenior, & Tullianus.

500 *Tanta multitudine hoſtium interfecta, dico inquam hoſtium)* Sic Lang. Tanta multitudine interfecta hoſtiũ dico ita inquam hoſtium. quem ſequor. eſt autẽ ſic interpungẽdum, Tanta multitudine interfecta, hoſtiũ dico: ita inquam hoſtiũ. Ex ſe iam intelligitur. nam impreßi libri ſunt planè barbari.

500 *Supplicationis honorẽ tribuemus? imperatorũ. c.)* Sic omnes l.u. Supplicationẽ bonorum. ego Supplicationum honorem: ut nõ modo caſus caſibus, ſed etiam numeri numeris reſponderent. quod tamen in nonnullis s.l. poſtea repperi.

500 *Is demum eſt)* Is enim demum, o.l.u.

500 *Siue gratias agebant)* Siue uni gratias, l.u. quod tamen abiudico. aut enim tantum uni membro, aut tribus addendum fuit: ut uenuſtatis aliquid afferret orationi.

500 *Tu igitur de te, dixerit quiſpiam)* Tu igitur ipſe de te, o.l.u. & præclare, & uenuſtè.

500 *Sed iniuriæ dolore aio me. c.)* Sed iniuriæ dolor facit me. perſpicuè rectum.

500 *Etiam'ne eos, qui omnes. c.)* Etiã in eos? o.l.u. probè.

500 *Per Idus Quintiles)* Hæc prælia, quibus de agitur hac oratione, facta ſunt ad X V I I. Kal. Maias: ut ex epiſtola

Galbæ

Galbæ licet intelligere: uel XVIII. ut in quarto libro Faſtorum apparet apud Ouidium. Nuntius huius uictoriæ Romam uenit ad XI. Kal. Maias quod epiſtola quadã ad Brutum hic ipſe declarat: Triduo, inquit, aut quatriduo ante hãc rem pulcherrimam timore quodã perculſa ciuitas tota ad te ſe cũ coniugibus, & liberis effundebat: eadẽ recreata ad XI. Kal. Maias te huc uenire, quam ſe ad te ire malebat. Hæc autem oratio poſtridie eius diei habita eſt. Illa uerba declarãt, Cum heſterno die propter eorum res geſtas me ouantem, & prope triumphãtem Populus Rom. in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit. Quorſum hæc? ut clariſſime perſpicias hunc locum omnino eſſe deprauatum. Ad reſtituẽdum autem, & corrigendum l. ueteres mihi nihil ſane lucis oſtendunt, quò meas cogitationes dirigens ad ueritatem peruenirẽ: nihil enim differũt ab impreſſis. hoc teneo, hunc diẽ inter Palilia, & Vinalia mediũ fuiſſe: ex quo coniectura ducor ad ſuſpicãdũ, uel poſtridie Palilia, uel, quod etiã magis placet, à ſcriptura enim propius abeſt, Pridie uinalia, eſſe reponendũ.

300 Aliquem ne imperatorem habituri erimus? Crimen inuidia quæretur?) Sic Lang. & cæteri ferè s. l. Aliquem ne ipeius crimen inuidia quæretur. unus modo ſic, Aliquem ne Imp. habituri erimus inuidia quæreretur. & alter, Aliquem ip. crimen inuidia quæretur. ego ſic, Aliquẽ ne imperatorem? eis crimen inuidia quæretur. ut eorum, qui faſces ad Ciceronem delaturi fuerũt, ſit oratio conſultantium, quonam modo facile ipſum de medio tollerent. Faſces, inter ſe dicebant, ad eum deferemus: deinde & uociferando, Aliquem ne imperatorem? & faſces oſtentando. Et crimen in eum quæremus, & inuidiã parabimus: quo in motu, & concitatione populari & operas cõductas in eum immittere, & nullo negotio interficere poterimus. Quos autẽ fugiebat, eã notam,

notam, imp ſcilicet imperatorem ſignificare:ex Eis fecerunt Eius,& cum illo copularunt.quod ſi cui magis arriſerit,Aliquem ne imp? crimen inuidia quæretur : illud ſequatur,licebit.non pugnabo : habebit enim eandem ſententiam, & in libri ueteris autoritate deliteſcet.

500 In Rep.fieri poßit) Poſſet,o.l.u.quod probo.

500 Extiterim repente Catilina?) Exiſterem, quidam repoſuerunt.quod probo.

Pag.501 Quanquam opinor nec fuiſſe tam ſceleratum qui hoc fingeret: nec tam furioſum, qui crederet) Sic Liber Lang.Quanquam nec fuiſſe tam ſceleratum,qui hoc fingeret: tam furioſum, qui crederet.Scal. Quenquam ne fuiſſe tam. cætera eodem modo, ut Lang.ego una modo litera detracta, Quenquam'ne fuiſſe.& quæ ſequuntur, ſimiliter. quo modo de meliori nota ſcriptores locuti ſunt.Terent.in Adelph.Vah quenquam'ne hominem in animo inſtituere,aut parare quod ſit carius, quàm ipſe ſibi? & in Phorm. Tanta'ne affectum hominem quenquam eſſe audacia? Et Plaut. in Trin. Noſtram'ne nutricem herc, quæ nos educat, abalienare à nobis? Et M.Tul.pro Roſc.Com. Proh dij immortales, eſſe ne quenquam tanta audacia præditum?

501 Viribus potius ſuis, quàm Reip.infelicem) L.s.non diſcrepant ab impreßis.quidam pro Viribus,Vitijs repoſuerunt.quorum ita neutrum probo, ut illud tamen, quàm hoc, multis partibus malim defendere.Etenim ſiquis à me horum uerborũ ſententiam requirat, & cauſam,cur ita dictum ſit à Cicerone, quærat:nihil ei omnino mihi uidear poſſe reſpondere : at in illud alterum fortaſſe aliquid,ſi non uerum,at ſaltem quod animos aliqua probabilitate percutiat,afferre poſſim. Dicam enim id M.Tulliũ ſignificare uoluiſſe quod in ſecũdo lib.de Nat.deo.declarat, Quid uerò,inquit,Cæſarẽ putamus,

tamus,ſi diuinaſſet fore,ut in eo Senatu quē maiore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia Pompeiana ante ipſius Pompeij ſimulacrum tot centurionibus ſuis inſpectantibus, à nobiliſſimis ciuibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatus ita iaceret,ut ad eius corpus non modo amicorum, ſed ne ſeruorum quidem quiſquam accederet:quo cruciatu animi uitam acturum fuiſſe? Illam igitur curiam Pompeianam interpretarer, quàm,quòd in ea Cæſar interfectus eſſet,infelicem appellatam eſſe contenderem. nam Viribus ſuis, Cæſari exponerem, cuius etiam mortui nomen ualeret apud plurimos,maximasq; uires illi cauſæ daret.ſed ut dixi, nō ſummopere placet. nam ut quod ego ſuprà explicaui, id ſentiat Cicero,illud tamen Viribus.ſ.ſuis & nimis durū,& ualde productum mihi uidetur.quoniam tamen hæc ſcriptura uetuſtatis quaſi radicibus innititur, ex libris euellenda non eſt, ſed tantiſper ei ſtandum cenſeo,dum uerū ex tenebris eruamus.

501 *Qui hoſtia, qui urbis portas)* Oſtia, Scal.l. Vrbis partes, alius non minoris uetuſtatis. ut in Cat. *Deſcripſiſti urbis partes ad incendia.* Salluſtius Loca appellat.eandē rem memoriæ tradens: x i i.*ſimul opportuna loca urbis incenderent: quo tumultu facilior aditus ad Cos. cæterosq;, quibus inſidiæ parabantur,fieret.* Ego tamen,ſi Oſtia mendoſum non eſt,Portas magis probo.

501 *Quod ut inuidia mea fieret)* Vt cum inuidia,c.o.l. u.ut pro Quintio,*Omnia iudicia difficillima cum ſumma ſua inuidia,maximoq; periculo P. Quintij fieri mallet.*

501 *Tum impetus conductorum hominum)* Tum in me impetus,o.l.u.

501 *Veſtrū omnium conſecuta)* Omnium ueſtrum,o.l.u.

501 *Quæ res patefecit)* Liber unus,atq; alter: in queis Lang. Pateſcit.quod probo.eſt omnino poëticum uerbum:ſed tamen

tamen habet, inquit M.Tullius, in oratione poëticum aliquod uerbum dignitatem. Virgil. –Danaumq́; pateſcunt Inſidiæ. Vtitur tamen Liuius. nam Pateſecit quidē perſpicue falſum.

501 *Quod ſuo tempore totiusq; huius ſceleris) Sed ſuo tempore totius huius ſceleris, c.o.u. rectè.*

501 *Teſtis, conſcius, & adiutor) Teſtis, conſcius, adiutor, o.l.u. quod placet.*

501 *Non tam ut pro me dixerim) Dicerem, rectius eſt mea quidem ſententia.*

501 *Id quod ego ſemper feciſſem) Id quod ſemper ipſe feciſſem, o.l.u.*

Pag.502 *Dicere ſolebat Craſſus) Dicere Craſſus ſolebat, o.l.u.*

502 *Bonis forſitan poſſum, & libenter) Pro Poſſum Poßim nonnulli u.l. in queis Sc.*

502 *Vt non perinde homines quoq;) Quique, unus, alter'ue liber: in queis Lang. Cæteri ab impreßis non differūt. ego deeſſe aliquid puto, Deq́; ſuggerendum: ut ſit, De quoq;, ut quiſq; mereretur, iudicarent, quemadmodū paulò infrà. Ita de unoquoq;, ut quenque meritum arbitrantur, exiſtimant.*

502 *Antè diem XIIII. Cal. Ian.) XIII. emendandum eſt. de hac re alio loco diximus.*

502 *Me ex Cal. Ian. ad hanc horam uigilaſſe Reip.) Inuigilaſſe, quinq; libri ueteres. in queis Lang. quod ualde placet. ſic enim dicitur, Inuigilare Reip. ut Indormire cauſæ, Indormire tempori. Virg. Nanq; aliæ uictu inuigilant. Et alibi, Inuigilant pueri uenatu.*

502 *Measq́; aures dies & noctes) Dies noctes, Lang.*

502 *Meisq́; cohortationib.) Que, à l.u. abeſt. quod placet.*

Pag.503 *Idem Vētidium) Pleriq; l.u. in queis Lang. Idem R. Ventidium. ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Idem P. Ventidium*

dium

diũ hoc ei certè prænomen fuit:ut ex Dione licet intelligere.

503 *Num ego ſemper hoſtem?*) Non pro Num pleriq; *Lu.& rectè:ſiquidem per Num interroges quæ negari : per* Non,*quæ dici uis : huic* Etiam,Non *illi reſpondet.*

503 *In has ſentẽtias*)Has in *ſentẽtias,o.l.u.qđ cõcinnius eſt.*

503 *Bellum Octauij*) *Octauianum, o. l. u. ut libro* 11. *de* Nat.deor. *Quę nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum præuunciæ.*

503 *Ad te ipſum* P.Seruilium)P.Seruili *num,corrigendum eſt.perſpicuè rectum.*

*Pag.*504 *Publice deneganda eſt*) Non modo omnes an*tiqui libri , ſed etiam ratio nobis autor eſt, ut* Publice *deleamus : etenim quis Senatus priuatim denegat?*

504 *Aut ſupplicatione decreta*) *Decernenda* , *o. ferè l. u.in quibus Sc.quod ualde probo.*

504 *Quod ergo illi re,ego*) *Quod ergo ille re,id ego, Lang. & cæteri. quod ualde placet. deſcribit autem Seruilium,qui ante ipſum ſententiam rogatus eſt.*

504 *Hoc ipſo nomine qui etiam diuicti ſunt*) *Sic o.libri ueteres,* Hoc *ipſo nomine & eos qui iam deuicti ſunt. perſpicuè uerum.*

504 *Cum uictores appello Imperatores*) *Suſpicor eſſe gloſſema : eſt enim inane,atq; ſuperuacaneum.*

504 *Etſi habet honoris nomen ampliſſimi*) *Honoris ampliſſimi nomen,Lang.& alij multi.quod placet.*

504 *Qui primus Antonij immanem & fœdam crudelitatem non ſolum.c.*)*Qui primus immanem & fœdam crudelitatem Antonij non ſolum,Lang.& cæteri ferè.*

504 *Dignus Imperator legione Martia*) *Aut aliquid mea quidem ſententia huic membro deeſt:aut proximo inferiori ſuperat:aut enim ſic emendandum eſt, Dignus imperator*

tor legione, digna legio imperatore: aut, quod rectius eſſe iudico atq; uenuſtius, Dignus Imperator *legione* Martia,*digna legio imperatore* Panſa*: ſic enim uocabulum uocabulo, nomini nomen reſponderet.*

504 *Cuius ſi acerrimum impetum cohibere* Panſa *potuiſſet)* Panſa*, à duobus, tribuſ'ue libris u.abeſt: in quibus* Lang.*quod placet.*

Pag.505 Docuit *hoc prælio militibus, his)* Illo *prælio militibus ijs, o.l.u.*

505 Q*uam ullius pulchriorem ſpeciem* Imperatoris *accepimus?)* Q*uia nullius,omnes l.u.ego,*Q*ua nullius.ut ſit,* Q*ua ſpecie nullam imperatoris ſpeciem pulchriorem accepimus.res perſpicua.*

505 Eo *maiora beneficia* C*æſaris)* C.C*æſaris,o.l.u.*

505 *Cui cum imperium dabamus: eodem tempore & ſpem)* Sic Lang. *& alij multi, Cui cum imperium, eodem tempore etiam ſpem nominis eius deferebamus.*

505 Q*uod cum eſt ſecutus auctoritatem noſtri decreti rebus geſtis ſuis cõprobauit)* Sic *interpungendum arbitror,* Q*uod,cum eſt ſecutus autoritatẽ noſtri decreti, rebus geſtis ſuis comprobauit:ut ſit,* Q*uod nomen rebus geſtis ſuis comprobauit,ſecutus decreti noſtri autoritatem:ſiquidẽ res præclariſſimas dignaſq;* Imperatore *geſſit.* Sic *ferè locutus eſt in* v I.*accuſ.* Nimirum *ut hic nomen ſuum cõprobauit:ſic ille cognomen.* Nõnulli *u.l.* Cõſecutus,*non* Secutus,*quod non probo.*

505 *Ita trium* Imperatorum Populi Ro.) Duo *hæc extrema uerba à l.u.abſunt.quod placet.*

505 Ipſe *conſequi potero)* Iiſdem *libris autoribus,* Ipſe *delendum eſt.*

Pag.506 Q*uanquam ea,quæ nos promiſimus)* Omnes *libri uet.*Q*uanquam nos ea, quæ promiſimus.*

Stud

506 Studioſe quanquam multa) Eodem modo l.s. Quidam pro Quanquam multa, Cumulata, repoſuerunt. quod ſi non uerum, probabilius certè eſt.

506 Cum difficillimo Reip.) L.u. partim ſic, Quanquam id difficillimo: partim, Quanquam cum. ut fortaſſe corrigendum ſit, Quam quidem cum.c.

506 Flagitari uideamur) Videmur, o.l.u.

506 In fuga fœda mors) Mors eſt, o.l.u.

Pag. 507 Breuis autem nobis uita data eſt) Sic IIII. libri ueteres, in queis Lang. Breuis à natura uita uobis data eſt. quod tamen reijcio. reijcio autem ob eam cauſam, quòd inſequens membrum, quod paria paribus reſpondere debēt, mancum quodam modo atq; imperfectum uidebitur. nam Memoria ad Vitam, Sempiterna ad Breuem, Redditæ ad Data: À natura, ſuo tanquam pari carebit: ſic enim eſſet integrum, At à Senatu memoria bene redditæ uitæ ſempiterna. uel quid eiuſmodi.

507 Ad ſummam laudem, gloriamq́;) Sic, o. ferè l.u. Ad laudem gloriamq́; ſummam.

507 Obliuione eorum qui ſunt) Qui nunc ſunt, o.l.u. utrunq; omnino probabile, & huic ſcriptori uſitatum. poſt Red. ad Sen. Cn. Pompeius uir omnium, qui ſunt, fuerunt, erunt, uirtute princeps. & pro Lege Man. Non modo eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam uirtute ſuperarit. Sed ex duobus probabilibus id ſemper uerùm iudicandum, quod libri u. comprobarint.

507 Nec reticentia poſterorum inſepulta eſſe poterit) Liber Gad. (Nam cæteri ab impreſſis nō diſſentiunt) Sepulta. quid ſibi uelit, perſpicuum eſt: & cum eo loquēdi conſuetudo facit: quæ ſolet eas res ſepultas appellare, quarum dimiſſa commemoratio eſt, memoriaq́; deleta. Ego tamen ut

*hinc non ſentiam, neq; Ciceronē more uulgari locutum exiſtimem, faciunt uerba cōſequentia, Cum uobis immortale monumentū ſuis penè manibus.*S.P.Q.R.*extruxerit.* Arbitror *enim uirtutē* Non *inſepultam propemodum pro* Immortali *dixiſſe propter elogia monumentorū, atq; literas quæ in ſepulcris inſcribi ſolent ad declarandas uirtutes, ac facta ſepultorū.* Ab *eadem cauſa dixit* Horatius, *Africano cui ſuper Carthaginem uirtus ſepulcrum cōdidit. ut enim monumenta ſepulcrorum dum manent, tenetur eorū uiua memoria qui ibi ſiti ſunt: ſic dum Carthago extabit, Scipionis uirtus, ac uictoria celebrabitur.* V*irtus igitur militum non inſepulta erit: immortalitati commendabitur: quòd ſepulcrum, monumentumq; habebit: cuius inſcriptio ipſam gentibus omnibus, atq; omnium ſeculorum poſteritati notam faciet.*

507 *Adhiberi publicè poſſet oratio*) *Publicè adhiberi omnes* L*ucteres.*

Pag. 508 *Id genus, quod eſt pulcherrimū*) Q*uod eſſet pulcherrimum. o.l.u. quod probo.*

508 Q*uamobrem quidem maximum*) M*aximum quidem, nonnulli u.l. quod placet.*

508 V*irtutem ſuorum, & ætatem*) *Pro* A*etatem* P*ietatem, omnes libri uet. quòd ſcilicet pro patria uitam profuderint. perſpicuè rectum.*

508 F*ratribus tribuenda cenſeo*) F*ratribus eadem tribuenda, o.l.u. placet.*

508 E*xercitumq; hoſtium fecerit*) E*xercitumq; eius,* l.S*c. cæteros ſequor.*

508 O*cciſione occiderit*) E*odem modo o.l.s.* O*ccidione occiderit probat conſuetudo: quæ ita loqui ſolet, cum internitionem ſignificare uult.*

508 C. Cæſar *imperator*) N*onnulli s.l.* Cæſar P*ropr.* I*mper*

Imperator : quod minimè diſplicet.in S. C. *enim omnia ho-norum nomina ferè aſcribebantur.*

508 *Vt ob eas res*) *Vti,nonnulli ueteres libri, in queis* Lang.*quod placet : nam redolet antiquitatem, quæ maximè in* S.C.*retinebatur.*

Pag. 509 *Ad omnia puluinaria conſtituant*) *Conſti-tuat,o.l.u.*

509 *Complurimos cæderent : caperent nonnullos*) *Vt plurimos cæderent. c.*

509 *Cumq́; ſine ulla neceßitate*)*Sine ulla retractatione omnes l.u.ut* Liuius *l.* v I.*Iuniores ad edictum ſine retracta-tione conuenerunt*) *Vtitur etiam* Cicero *in* Tuſc. *l.* v. *&* x I I I. *l. ep. ad* Att.

509 *His qui ſanguinē pro uita,libertate, fortunisq́; Po-puli* Ro.*pro urbe,tēplisq́;*)*Hæc omnia dēptis cōiunctionibus dicuntur in l.u.nōnulli in queis* Sc.*pro His,* Iis.*quod placet.*

509 *Monumentum quàm amplißimum locandum fa-ciendumq́;,urbem ad eam rem pecuniam dare contribuere.* c.) *Sic l.u.* Locandum, *faciendumq.urbem ad eam rem.c.in quibus* Ciceronem *non agnoſco : nam primum niſi me fallit memoria,hoc* Locandum, *faciendum iubeo,non dicitur : ſed* Locare, *facere iubeo.*Verum *fac,ita non eſſe,ut* Locandum, *faciendum dixerit,huic ſubiunxerit,*Dare,*attribuere,ſolue-re iubeant,ut tam diuerſas res.ſ.uno uerbo comprehenderit, adduci ad credēdum nullo modo poſſum. deinde ſiquis iuſiu-randum in hæc uerba adijciat: ſi mihi uideatur,*Vrbem *ſol-uere iubeant, à* Cicerone *ſcriptum : non uideri profecto iurem:ita mihi non ſolum ab huius elegantia,ſed etiam con-ſuetudine* Latini *ſermonis uidetur abhorrere. ſic autem ſcriptum reliquiſſe* M. Tullium *puto,* Monumentum,*quàm amplißimum locādum,faciendum curēt:ad eam rem.c.*Hunc

autem errorem creauit, opinor, illud quod ſæpe iam demonſtraui, quòd in l.u. hæ literæ C. & Q. locum inter ſe ſæpe commutent, quæ cauſa libros referſit erroribus. ut apud hunc ipſum in 1. l. de Nat. deorum, Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos: nec conſulto dicis occulte, tanquam Heraclitus: ſed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis. ubi Liqueat pro Liceat: ut in ep. ad Att. Ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, milleſimam partem uix intelligo. uel, ut ſimilius proferam, Plaut. in Pœn. Vin' bona dicam fide, quod hic inter nos liceat. Intentis oculis contemplare ſententiam: ut nos aſſeueramus, ita eſſe perſpicies. ſed ut ad rem: hoc ego ſentio. ſiquis tamē illud magis probabit, Locandum faciendumq́; curent, cum eo non pugnabo.

509 Pecuniam dare, contribuere) Attribuere, o.l.u. ut illud in 1 x. Tantam pecuniam redemptori ſoluendam, attribuendamq́; curent. perſpicuè uerum: ut illud alterum apertè falſum: ſiquidem Pecuniam contribuere non dicitur. hoc autem uerbum propriè in ijs ponitur, qui aliquem liberum populum ſub alterius ditionem ſubiungunt. Liuius, Corinthum ijs contributuros in antiquum gentis concilium. & alibi, Phocenſes Locrenſes contribuerunt Aetolis. ij autem populi contributi dicebantur. Cæſ. Oſcenſes, & Calaguritani, qui erant tum Oſcenſibus contributi.

509 Eaq́; fratribus tribuantur) Lang. & cæteri ferè, Iiſq́; fratribus tribuantur. Nonnulli tantummodo Tribuantur. ego emendandum arbitror, Iiſq́; tribuantur. c. Fratribus enim puto eſſe gloſſema alicuius imperiti.

509 Si illi uiciſſent) Vixiſſent, sc. apertè uerum.

FINIS.

M. TVL. CICERONIS DEFENSIONES CONTRA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIONES IN OFFICIA CICERONIS.

*

Per Iacobum Griſolum Luciniacenſem, ad illuſtriſsimum Aloyſium Cornelium, magnum Commendatarium Cypri.

MAGNA *fuit Illuſtriſsimè Commendatarie Cælij Calcagnini exiſtimatio, magna uiget ob miram in omni diſciplina eruditionem eius nominis autoritas. Quare cùm eius Diſquiſitiones in officia Ciceronis in manus meas perueniſſent, admiratus eas legi quàm diligentiſsimè. Cùm enim ad hanc ætatem præclariſsimum illud opus aut omnes ſint admirati, aut fruſtra quidam ex eo neſcio quæ reprehendere conati: exiſtimabam in eo nihil omnino eſſe, quod non accuratiſsimè ſcriptum uideretur. Verùm tanti uiri nomen, fateor, me commouit, ac ſtatim in eam mentem impulit, ut putarem, quæ uitia ab alijs deprehenſa non fuiſſent, huius acerrimum ingenium fugere nequaquam potuiſſe. Quamobrem Diſquiſitiones eius legi, ut dixi, quàm diligentiſsimè: ut ſi quo in errore uerſarer,*

cum mihi Cælius eriperet. Verùm cùm nihil mihi uideretur occurriſſe, in quo M. Tullius conuinceretur, exiſtimaui, ut ex me tu ſæpius audiſti, doctiſſimum illum uirum, ut ratio diſquiſitionis poſtulat, contra M. Tullium diſputaſſe, ut eo nomine doctorum ingenia excitaret, qui cauſam eius ſuſcipientes, quæ illi uidebantur ambigua, ea diſputando facerent perſpicua, quare tu mecum agere cœpiſti, ut, quoniam ita uoluiſſe Cælium exiſtimarem, ingenium grauiſſimi ſcriptoris, & de genere humano tam bene meriti ſarctũ, tectum ab omni calumnia conſeruarem. Ego uerò qui nullum officium æquè mihi neceſſarium eſſe duco, quàm obſequi uoluntati tuæ, imperij tui potius, quàm imbecillitatis meæ ratione habita, dedi operam quàm potui diligentiſſimam, nequid ineſſe uitij in illis libris uideretur, quorum præceptis adeo uitam tuam conformaſti, ut quicquid de eis detrahatur de moribus planè tuis detrahi uideatur. Sed iam cum Cælio agendum eſt.

DISQVISITIONES ALIQVOT IN LIBROS OFFICIORVM M. T. CICERONIS, Cælio Calcagnino autore.

DISQVISITIO PRIMA.

PRIMO mihi titulus non planè ſatisfacit, DE OFFICIIS. nam plenius atq; uberius De officio exiſtimaſſem, ſicuti & Panætius inſcripſit περὶ τοῦ καθήκοντος. Nec me fallit, Ciceronem libro decimoſexto epiſtolarum ad Atticum ex profeſſo hanc inſcriptionem magis

magis probaſſe, ceu pleniorem. Sed ſuæ ſententiæ nullam rationem affert. quare nulla eum alia cauſa motum ad titulum immutandum arbitror, quàm ut à Panætio *euariaret, cui palàm reclamat: quo iure, quáue iniuria ſe illi offerat occaſio. Quare quum in uniuerſum de eo quod ad hominem pertinet, quodq́; agi deceat in omni uitæ genere, his libris pertractet* Cicero: *non autem ad aliquarum perſonarum officia & functiones ſe obſtringat: multò plenius eſt, multoq́; latius propoſitum Ciceronis complectitur officium, quàm officia. Sicut de ſitu terræ, quàm terrarum, libentius* Geographicos *meos inſcripſerim, ſic de imperatoris officio rectius liber inſcribatur, quàm imperatorum, in quo in uniuerſum præſcribatur, quid imperator agere debeat, & qua ratione imperatoriam poteſtatem adminiſtret. Contrà, uitas imperatorum, & de imperatoribus commentarios nuncupauerim, quibus non omnium, ſed aliquorum geſta comprehendam. Sunt enim nonnulla uerba, quæ in numero uniitatis uberius quid ſignificent, quàm in numero multitudinis. Ad hoc exẽplum titulum quoq́;* DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM *immutauit, quẽ Zeno* περὶ τέλους*, mea quidẽ ſententia multò commodius inſcripſerat, ipſo etiã* Cicerone, *aſſertore qui in tertio de Finibus inquit: Quum enim hoc ſit extremũ, ſentis enim credo, me iam diu quod* τέλος *Græci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit enim finem pro extremo aut ultimo dicere. Quum ergo hoc ſit extremum, congruenter naturæ conuenienterq́; uiuere, neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatè uiuere, nulla re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.*

IACOBVS GRIFOLVS AD *primam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

CAelio titulus de officio, quàm de officijs plenior uidetur. itaque cum M. Tul. ſcribat ad Atticum pleniorem ſibi uideri inſcriptionem ſuam, nec rationem tamen ullam afferat, exiſtimat Cælius eum ambitione quadam, uel potius liuore, inſcriptionem Panætij περὶ τ͂ καθήκοντ@, *hoc eſt de communi officio immutaſſe. quare id eum feciſſe putat ut à Panætio euariaret, cui palàm eum reclamare ait, quo iure, quá'ue iniuria ſe illi offerat occaſio. nunc obſecro te, ut æquo mihi animo concedas eam libertatem agendi cum Cælio, quàm ille contra M.Tul. ſibi ſumpſit, cum præſertim neceſſarium plerunque ſit, defenſionem ad accuſationis rationem accommodare. quanquam perficiam ut multò magis Cælius modeſtiæ ſuæ, quàm ego meæ, oblitus eſſe uideatur. quem ſtatim in Ciceronem uelut imperitum aliquem, atque adeo malignum inuaſiſſe uides. itaque cum rationem nullam afferat, cur inſcriptionem Panætij immutaſſet, inuidia motum illum exiſtimat. ita'ne uerò? rationem afferre Cicero non potuit, cur ita ſentiret? nec humanius eius ſententiam Cælius interpretari potuiſſet? aut ſaltem diligentius inueſtigare qua uir doctiſſimus ratione duceretur? Quanto modeſtius, quantoq́; grauius Ioannes Baptiſta Egnatius uir in omni diſciplina clarus ipſius Ciceronis autoritati de hac inſcriptione aquieſcendum eſſe ſtatuit. Cuius quidem iudicium cum in cæteris omnibus, tum in his libris quos ille in primis admiratur, ego ſecutus ſpero me conſecuturum, ut omnes fateantur rectum Ciceronis iudicium fuiſſe, ſi prius uiderimus, quibus argumentis Cælius confirmet Officium*

latius

latius propoſitum Ciceronis, quàm Officia complecti. Cum inquit uniuerſum de eo, quod ad hominem pertinet, quodq́; agi decet in omni uitæ genere his libris pertractet Cicero, non autem ad aliquarum perſonarum officia, & functiones obliget, multò plenius eſt, multoq́; latius propoſitum Ciceronis complectitur officium, quàm officia. hæc ſunt uerba Cælij, quæ primum non ſatis inter ſe uidentur conſentire. aliud eſt enim, quod ad hominem uniuerſe pertinet, aliud quid agi decet in omni uitæ genere: illud enim ad ſpeciem ipſam pertinet, quæ omnes homines complectitur, et facit ut omnes unum ſint. atq; idem eſt uniuerſale, & omnibus commune. hoc autem ad diuerſa genera, & diuerſæ fortunæ, & ſortis homines referendum eſt: ut ad priuatos, ad magiſtratus, ad imperatores, ad ſenatores, & ad alios, quorum omnium diuerſa eſt uitæ ratio, & diuerſa ſint officia neceſſe eſt. de quibus in his libris M. Tullius tractauit. quod ſi tãtum quæ ad omnes homines, ut ille ſcribit, ad uniuerſum genus hominum pertinẽt, tractare uoluiſſet, rectius omnino de officio, quàm de officijs inſcripſiſſet libros ſuos. cùm autem quæ ciues, quæ peregrini, quæq́; diuerſorum ſint officia, uelit ſcribere, non uideo cum ſint tam diſsimilia, & ad homines ſpectent adeo diſsimiles, quo modo plenior ſit inſcriptio de officio, quàm de officijs: nam quod ad aliquarum perſonarum officia ſe non obſtringat, fateor, non enim de Catonis officio, aut Lælij ſcribere conſtituit, uerùm ſenatoris, & hominum uariarum cõditionum, quarum non ijdem poſſunt eſſe gradus officiorum: quæ cum tam multa ſint, & tam uaria, ut quod uni generi conueniat, ab altero prorſus abhorreat, uno tamen tractatu uolens omnia complecti, de officijs maluit ſuum opus inſcribere, quàm de officio. & hæc eſt ea ratio, ni fallor, quam Attico ſcribere tanquam notiſsi-

mam omiſit: non, ut Cælius exiſtimat, ut cum Panætio *bellum gereret. quem quidem tantum abeſt, ut oppugnet, ut etiam ſæpe defendat, & laudet, ut in tertio offi. ubi ſic ait.* Ac primum Panætius *in hoc loco defendendus eſt, quòd non utilia cum honeſtis pugnare dixit aliquando poſſe (neque enim ei fas erat) ſed ea, quæ uiderentur utilia, & quæ ſequuntur. rurſus in eodem inquit. qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neque uolunt ea præponderari honeſtate, hi ſolent in deliberando honeſtum cum eo, quod utile putant, comparare. boni uiri non ſolent. itaque exiſtimo* Panætium, *cum dixerit homines ſolere, in hac comparatione dubitare, hoc ipſum ſenſiſſe, quod dixerit ſolere modo, non etiam oportere. defendit igitur eum* Cicero, *eum defendi patet, nec ullum omittit laudandi tempus. quare in ſecundo:* Iudicis, *ait, eſt ſemper in cauſis uerum ſequi, patroni nonnunquam ueriſimile, etiam ſi minus ſit uerum, defendere. quod ſcribere, præſertim cum de philoſophia ſcriberem, non auderem, niſi idem placeret* Panætio *ſtoicorum grauiſſimo. hic quod reprehendi iure poſſet,* Panætij *tamen autoritate probat. quem etiam grauiſſimum* Stoicorum *appellat. nec ita multò pòſt inquit theatra, porticus, noua templa uerecundius reprehendo propter* Pompeium. *ſed doctiſſimi non probant, ut & hic ipſe* Panætius, *quem multum in his libris ſecutus ſum, non interpretatus. hic non ſolum in doctiſſimis numerat, uerum teſtatur ſe multum in ijs libris* Panætium *ſecutum eſſe, id quod minimè feciſſet, ſi eius laudem, & gloriam uoluiſſet imminuere. in calce uerò tertij libri de* Fin. *ita de* Panætio *ſcriptum reliquit.* Quam *illorum triſtitiam, atque aſperitatem fugiens* Panætius, *nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit. fuitq́; in altero genere mitior, in altero illuſtrior, ſemperq́;*

habuit in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theophraſtum, Dicæarchum, ut ipſius ſcripta declarant. iam uides quàm iuſtè Ciceronis inuidiam, aut iniquitatem Cælius accuſet. ſed eo iam uentum eſt, ut ne liberum quidem ſit ſcriptoribus, quo libeat titulo ſine ullius maleuolentiæ ſuſpitione ſuos libros inſcribere. at quando ſibi Cælius hoc ſumit, ut tam libere Ciceronis iudicium reprehendat, firmioribus argumentis id fieri oportuit. nam Cælij ſimilitudines parum ſunt rei ſimiles, cum qua conferuntur. multò enim plenius inquit, multoq; latius Ciceronis propoſitum complectitur officium, quàm officia, ſicut de ſitu terræ, quàm terrarum libentius geographicos meos inſcripſerim. ſic de imperatoris officio rectius inſcribatur, quàm Imperatorum. in quo uniuerſum præſcribatur, quid Imperator agere debeat, & qua ratione Imperatoriam poteſtatem adminiſtret. at in quonam terra, quæ eſt una, & unum corpus, ac unum elementum, ſimulis eſt officio, quod eſt tam uarium, & tam multiplex? in quonam Imperator, qui unus eſt tantum dignitatis gradus ad omnes pertinens Imperatores? ſatis ſpero ſuperius multa eſſe genera officiorum declaratum, quæ uni conuenire nulla ratione poſſunt. at nullum eſt officium Imperatoris, quod non ſit omnium Imperatorum, nec terra, cum una ſit, plures ſitus, quàm unum poteſt habere. quare de ſitu terræ, & non de ſitibus terrarum, itemq; de officio Imperatoris, & non de officijs Imperatorum ipſe quoque meos libros inſcripſerim. contra uerò de officijs hominum, & non de hominis officio. ſed uideo iandudum in quo uerſetur Cælius errore, ad id enim reſpicit, quòd omnes ſunt homines, quorum officia ſcribuntur, ut omnes Imperatores. hoc eſt illud, inquam, quo Cælius decipitur. Nam Cicero ad conditiones hominum

num

num & gradus, & ſtatus, & fortunas reſpicit, quorum propria cuiuſq; ſunt officia ſeparatim præſcribenda. Iam *uerò cur uitas* Imperatorum, & *commentarios de* Imperatoribus *nuncuparet, quia non omnium, ſed aliquorum geſta comprehendit? at ego potius quia* Imperatores *habent artem quidem, & diſciplinam communem, proprias autem res geſtas. ut oratores, habent illi quidem artis eadem præcepta, ſed ex illis proprium ſibi quiſq; opus conficit. ita propria cuiuſq; eſt* Imperatoris *uita, propriæ res geſtæ, quas tamen communi* Imperatorum *diſciplina geſſerint. nam quod autem titulum de fin. bonorum, & malorum improbat, cum idem ſit error eius, noſtra quoque defenſio eadem eſſe debet. nam cum plures ſint* Philoſophorum *ſcholæ, nec eundem finem ſibi proponant, eumq; de omnibus* Cicero *ſcripturus eſſet, ut conſtat, rectè de finibus, & non de fini pulcherrimum illud opus inſcripſit. ubi uerò* Zeno περὶ τῦ τέλους *inſcripſerit ſuos libros omnino me legere non memini. at ſi Cælij coniectura fidem mihi faceret, non uererer aſſerere* Zenonem, *de uno, & proprio tantum fine diſſeruiſſe.* Ciceronis *autem uerba ex tertio de fine mecum faciunt quid enim is dixit illud extremum eſſe? quonam modo deſcripſit? congruenter naturæ conuenienterq; uiuere. qui unus eſt finis, & proprius* Stoicorum. *quare uterq; rectè ſua eſt uſus inſcriptione.*

ALTERA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

IDem *ſe definiturum officium pollicetur, quod à* Panætio *prætermiſſum fuiſſe miratur.* Nec *tamen ego uideo eum præſtitiſſe, quod pollicebatur. nam protinus officij diuiſionem, non definitionem aggreditur:* Omnis, *inquit, de officio*

officio duplex eſt quæſtio. Quo loco obſeruandum eſt, Ciceronem ueritate coactum de Officio, non autem de Officijs quæſtionem propoſuiſſe, & mox rurſus ita conſcripſiſſe: Atque etiam alia diuiſio eſt officij. Differre autem diuiſionem à definitione, nemo eſt tam ignarus Dialecticæ, qui neſciat, uel ipſo Cicerone autore in Topicis. Nam iuſta definitio è genere ac differentijs conſtat, nec ad finitionem accerſenda eſt diuiſio: niſi fortè in æquiuocis, ne in Sophiſtarum laqueos incidamus. Nec mihi argutator aliquis obijciat, diſfinitionem & definitionem differre: prioremq; illam ad diſionem magis, id eſt διαίρεσιν, quàm τὸν ὁρισμὸν ſpectare. Nàm hanc ſibi Cicero defenſionem ademit, quum ex Platonis imitatione dixit, Omnem quæ à ratione ſuſcipitur aliqua de re inſtitutio, debere à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Idemq; in Topicis: Finitio eſt, inquit, quæ id quod definitur, explicat quid ſit. cuius etiam inueſtigandæ rationem doctè enarrat. in definiendo enim ille ordo ſeruandus eſt, ut quum ſumpſerimus ea, quæ ſunt rei quam definire uelimus cum alijs communia, uſque eò perſequendum, dum proprium efficiatur, quod nullam aliam in rem transferri poſſit. Ob id ergo ſubijci debuit: Officium eſſe actionem in omni uita, cum uirtute ac ratione coniunctum. Actio, genus eſt: in omni uita, tam eam officij partem complectitur, quæ ad finem bonorum, id eſt, felicitatem adipiſcendam, quam eam quæ præceptis conſtat cum uirtute differentia. quod quicquid à uirtute abiunctum, ab officio longè abſit & ratione. Altera differentia communem hanc uitam attingens, in qua decorum, id eſt, τὸ πρέπον requiritur. nihil enim agendum eſt, cuius probabilis ratio afferri non poſſit. Totus autem hic locus à Cicerone erutus eſt ex Phædro Platonis, apud quem ita So-

crates loquitur: περὶ παντὸς μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι, εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή: ἢ ἅπαντας ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου. ὡς οὖν εἰδότες. οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως. προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν. οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς, οὔτε ἄλλοις ὁμολογοῦσιν. Hoc eſt: *Iis qui rectè atque ordine conſulere uolunt, unum eſt omnium principium, cognoſcere quid illud ſit, quod in conſultationem uenit: alias error accidat oportet. nam plerique neſciunt, ſe rei cuiuſque propoſitæ ſubſtantiam ignorare. ſed quaſi ſciant, & perſpectum habeant, in ipſo diſceptationis initio eam declarare non curant. in progreſſu igitur orationis, quod par eſt ſubſequitur, ut multa nec ſibi nec alij conſentanea loquantur.* De hoc loco nuncupatim meminit Cicero in 2. de Finib. *Omnis autem in quærendo, quæ uia quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primum debet, ut quibuſdam in formulis ea res agatur: ut inter quos diſſeritur, conueniat quid ſit id de quo diſſeratur. Hoc poſitum in* Phædro à Platone *probauit* Epicurus, *ſenſitq; in omni diſputatione id fieri oportere.* Iureconſulti atque Oratores *non temerè ſe definitionibus obſtringunt, exiſtimantes eas plerunque ſubuerti ſolere. ex quo fiat, ut quicquid ijs fuerit ſuperſtructum, protinus concidat. de qua re ita* Vlpianus *libro quinquageſimo* Digeſtorum: *Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt. rarum eſt enim, ut non ſubuerti poßit.* Et Quintil. lib. 7. *Rarißima enim apud oratores reperietur illa ex conſuetudine philoſophorum ducta ſeruitus. Eſt enim certe ſeruitus, ad certa ſe uerba obſtringendi. id'que faciendum in libris Ciceronis de* Oratore *uetat* M. Antonius. *Nam eſt etiam periculoſum, cum ſi uno uerbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe uideamur, optimaq;*

eſt illa

eſt illa uia, qua utitur Cicero pro Cecinna: ut res propo-natur, uerba periclitentur.

IACOBVS GRIFOLVS AD SE-
cundam & uigeſimam primam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

QVæritur ſecundo loco utrum Cicero definierit offi-cium, ut promiſit, nec'ne. Cælius quidem negat, ego uerò affirmo. uideamus igitur uter noſtrum errore magis capiatur. at ſi prius oſtendero, in quo errore mens Cælij uerſetur, facilior erit probandæ opinionis meæ ratio. Cre-dit igitur Cælius, atq; id conſtantiſſimè credit, quando non contentus hanc opinionem ſuam ſemel declaraſſe, in alia quoque diſquiſitione etiam pluribus cõtendit errorem ſuum confirmare, credit inquam Cælius Marcum Tullium, cum dixit, Placet igitur (quoniam omnis diſputatio de officio futura eſt) antè definire, quid ſit officium, quod à Panætio prætermiſſum miror, genus ipſum officij ſe definiturum promiſiſſe. at id neque Cicero promiſit, & ſi promiſiſſet, longè grauius peccaſſet ille ſua promiſſione, quàm Cælius ſua interpretatione. quandoquidem officijs, cum ſit analo-gum, definiri per genus ſuum non poteſt: quare Cælij de-finitio, ut paulò pòſt conſtabit, eſt uitioſiſſima. nec tamen ſi rectè definiri poſſet officium, eſſet ea diffinitio neceſſaria, niſi fortè Cicero de genere, & non de ſpecie officij diſpu-taturus eſſet. at res contrarium declarat, & ipſius auto-ris hæc uerba. Quorum autem officiorum præcepta tra-duntur, ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet: quia magis ad inſtitutionem uitæ ſpe-ctare uidentur, de quibus eſt nobis his libris explicandum.

ſi de

ſi de his igitur ſe Cicero diſputaturum profitetur, cur quærat quiſquam definitionem generis, de quo præſertim nullo modo diſputari poßit? cum enim Plato uelit omnem inſtitutionem, quæ à ratione ſuſcipitur, à difinitione proficiſci, quis tandem ratione de ea re poterit diſſerere, quæ uix ullam habeat definitionem? Quamobrem M. Tullius uir doctißimus intelligens, ne oratio ſua in erroribus uagaretur, explicari oportere quid nam id eſſet, de quo diſputaturus erat, nec poſſe, nec ſi poſſet, debere analogum definiri, diuiſit ſtatim officium in ſuas poteſtates, ut Plato, & Ariſtoteles monent in eiuſmodi uocibus fieri oportere. & de qua uellet diſſerere declarauit, ut in definitione ſubſtantiæ, & alijs in locis fecit Ariſt. cùm igitur Cicero dixit, Quoniam omnis diſputatio de officio futura eſt, de quonam officio? de quo credo poterat diſputari, & de quo denique diſputauit. deinde cum ait, Placet antè definire, quid ſit officium, quod tandem officium, de quo ne uerbum quidem facturus erat? quid ineptius? iam uerò Panætium reprehendit, quòd officij definitionem prætermiſerit, uelim (Cælius dixiſſet) cuiuſnam officij. at quoniam περὶ τοῦ καθήκοντος inſcripſit ſuum opus, definitionem τοῦ καθήκοντος omiſit. ergo quod omiſerat Panætius, ſe facturum Cicero promiſit. omiſit ille definitionem communis officij, ergo commune officium definiturum ſe Cicero profitetur. Et tamen in animo Cælij tanta uis inhæſit erroris, ut duobus locis auſus ſit à Cicerone quaſi ſyngrapha definitionem generis flagitare. quænam (malum) ratio in eam mentem impulit hominem alioqui doctißimum, ut exponeret tam multis differentijs diuiſionem à definitione differre, ne quis diuiſionem illam definitionem eſſe crederet? ego uerò qui dubitarit in hac re præter eum arbitror eſſe neminem. nec maiore prudentia

tam

tam uerboſus eſſe uoluit in definitione generis à definitione ſpeciei diſtinguenda, quando animaduertit tandem Ciceronem definiſſe partes officij. at eas definitiones ita conatur confutare, ut nec illis fidem ſuam liberet, quòd generis non partium definitionem pronuñſerit, nec idoneæ uideantur eſſe. at utrum genus, an partes quid eſſet explicandum fuerit, ſatis diſputatum eſt. uideamus nunc an idonea uſus ſit utriuſq; officij definitione. uerba Ciceronis hæc ſunt. atq; ea ſic definiunt, ut rectum quod ſit, id perfectum officium eſſe definiant, medium autem officium id eſſe dicant, quod, cur factum ſit ratio probabilis reddi poßit. in utraq; Cælius inquit genus.i.caput definitionis deeſſe, nec miror, non enim uim officij analogam eſſe uidit. dixiſſet enim in eius ſignificationibus definiendis, aut nomen definiti repetendum, aut analogi genus accipiendum, ut in æquiuocis. nam ſi quæratur quis nam ſit canis terreſtis, reſpondebitur opinor, ille, qui latrat, aut quid tale. ubi ille canem referet, nec erit in oratione neceſſaria ταυτολογία. *uel dicetur, eſt illud animal domeſticum, quod latrat. cur igitur etiam Stoicis (nam Stoicorum ſunt illæ definitiones) officium non liceat ita definire ſi rectum ſit, perfectum officium eſſe, uel rectè factum? non'ne ſophiſtarum paralogiſmus hac ratione declinatur? quod ſi ita Cælius, ut debuit, aſſumpſiſſet in ſuo paralogiſmo: perpendiculum eſt rectum officium, ſtatim cognouiſſet in quo delirabat. hæc eadem ſunt dicenda de offic. medij definitione. ſed adhuc in alia ſumus difficultate, utraque enim definitio ad utranque partem poteſt accommodari, id quod eſt maximum in definitione uitium. Etenim & perfectum officium, inquit Cælius, eſt quod cur factum ſit, probabilis ratio reddi poteſt. neque enim quiſquam ut putat, adeo contumax eſt, qui ſine probabili ratione*

perfectum officium geri contendat. aut medium officium id quod rectum non ſit: alioqui ſi rectum non eſt, peruerſum ac præpoſterum id eſſe fateamur neceſſe eſt. at uideamus, ſi peccatum ſit in ea re, quàm belle in idem Cælius labatur. ita enim cum hæc confutabat, officium definierat, ut actionem eſſe diceret in omni uita cum uirtute, & ratione coniunctum, ac ſe ipſe interpretatus eſt, ne qua nos ambiguitas perturbaret. Actio inquit eſt genus in omni uita, tam eam officij partem complectitur, quæ ad finem bonorum .i. felicitatem adipiſcendam ſpectat, quàm eam, quæ præceptis conſtat. Cum uirtute, differentia, quòd quicquid à uirtute abiunctum, ab officio longè abſit. & ratione, altera differentia communem hanc uitam attingens, in qua decorum, id eſt, τὸ ϖρέπον requiritur. actionem cum uirtute coniunctam ad felicitatem adipiſcendam ſpectare ait, cum ratione communem hanc uitam attingere, in qua decorum requiritur, quod nihil agendum ſit, cuius ratio probabilis afferri non poſſit. ſi duas hic Cælius uult eſſe partes officij, ut certè uult, uehementer cenſura ſua peccat. nanque ſi in communi uita requiritur τὸ ϖρέπον, quanto magis requirendum eſt in ea uita, quæ perfectior eſt, & ad felicitatem propius accedit? rurſus ſi in communi uita nihil agendum ſit, cuius ratio probabilis afferri non poſſit, quantò minus à ſapiente? ut Cælius ipſe contra M. Tul. confirmat? omnes igitur hæ differentiæ conueniunt officio cum uirtute coniuncto. at ſi, ut ille ait, quod rectum non ſit oportet peruerſum eſſe, & præpoſterum, neceſſe ut ſecunda pars illius officij per Cel. aut recta ſit, aut peruerſa. (nam quod cum uirtute coniunctum ſit, rectum eſt puto) ſi recta, ergo eadem cum prima, ſin peruerſa, nihil habet cum officio commune, ut mox clarius oſtendam.

dam. ergo niſi Tullius effugiat eam calumniam, Cælius effugiet? nihil minus. ac ſi bene Cælius, optime M. Tullius. nam ſi rectum officium eſt, quod perfectum appellant, nimirum eius ratio perfecta, nedum probabilis reddi poteſt. tantum enim intereſt inter perfectum, & probabile, ut diſparata quaſi eſſe uideantur. perfectum enim id eſt, cui nihil addi poteſt, & quod in ſuo genere expletum, & cumulatum eſt. probabile uerò cui ſæpe tantum deeſt, ut imperfectum eſſe uideatur. quocirca eo officio, quæ cuique probari poſſunt, quaſi ſecunda honeſta, ut inquit M. Tullius non ſapientum modo propria, ſed cum omni hominum genere ſunt communia: perfecta uerò in ſolum ſapientem cadunt, ut mox copioſius explicabitur. quare rectum officium non modo probabile, ſed etiam perfectum eſt, & proprium ſapientis. medium uerum probabile tantum, & omnibus commune, tanquam res quædam inchoata & non perfecta. atq; his differentijs à Cicerone, ideſt, à Stoicis, uel potius ab Ariſtotele hæ partes officij diſtinguuntur. hic enim in ſecundo Ethicorum actiones hominis nondum perfecti oſtendit ab actionibus diſtare iam perfecti. nec ſimiliter in his euenire, ac in operibus artificium. hæc enim non propter autorem, ſed per ſe, ſponte ſua commendari ſolent, modo pulchra eſſe, & decentia uideantur: actiones uerò non item. nam hæ perinde, ut opinio eſt de eo, à quo proficiſcuntur, exiſtimandæ ſunt. ita multa fiunt ab homine in recta ratione uitæ nondum ſatis confirmato, quæ iuſta ſunt, non tamen iuſtè facta, nam hæc ab habitu rationis & iam perfectæ naturæ ſunt, ut illa communia quædam ſint officia, & media, & nondum perfecta, hæc autem κατορθώματα, id eſt, recta, & perfecta poſſint appellari, qui poteſt inter Ariſt. & Stoicos magis conuenire? Cælius autem

uult, quod rectum ſit, eſſe probabile, & quod probabile, rectum: ut hæc ſimul conuertantur. quod ſi concedatur, illud quoq; concedatur neceſſe eſt, omnem inchoatam uirtutem cum perfecta & abſoluta conuerti. ſed haud ſcio an illud quoq; Cælio aſſentiatur quiſquam, omne officium aut rectum, aut peruerſum eſſe, uel præpoſterum oportere. nam cur officia communia media dicuntur? non'ne quia nec in bonis, nec in malis numerantur? & medium inter ea locum uidentur obtinere? ſic Stoici, ut in tertio de fin. conſtat, qui niſi mentiuntur, quis neget inter rectum, & peruerſum eſſe medium? ſin mentiuntur, ſcire uelim cur Cælius ea media uocet officia. ſed nimium perſeuerat in hoc errore, nec poſterior cogitatio, de eo quicquam detraxit. non enim eadem de re iterum diſputaſſet, & tollerabilius fuiſſet coniuncte de omnibus diſputare, quæ ad hanc quæſtionem uidebantur attinere. quare ne fortè uidear ſimiliter peccare, coniunxi utriuſq; confutationis reprehenſionem. Cum autem Cælius ſit tam facilis, & tam acutus in aliorum definitionibus improbandis, uideamus iam uiciſſim quàm uel acutiſſimus quiſq; illius definitionem facilè tueretur. officium eſſe uult actionem in omni uita cum uirtute, & ratione coniunctum. ubi impreſſorum fortaſſe uitio factum eſt, ut coniunctum potius quàm coniunctam legatur. omnes deinde partes definitionis ſuæ ſic explanauit. actio inquit genus eſt. rectè. in omni uita, tam eam officij partem complectuntur hæc uerba, quæ ad finem bonorum, id eſt, felicitatem adipiſcendam (hic uerbum deeſſe attinent, uidetur) quàm eam quæ præceptis conſtat. non rectè eſt enim tertium genus uitæ, quod nec in perfectis officijs nec in communibus uerſatur, propterea quod uitioſum eſt. quod ſi quis negat, iam non erit cur officia communia media dicantur.

erunt enim extrema. ſed eſt tertia uiuendi ratio. quæ ſi non ſit, media non erit, ut media, ſed ut extrema. ſed Stoici uolunt eſſe hanc mediam, eſt igitur & tertia. neq; Stoicorum autoritatem inficiari poteſt quiſquam. nam & Cælius in uigeſima prima Diſquiſitione medium eſſe alteram differentiam officij, & formam dicit. Sed nullum officium ad turpem uiuendi rationem pertinet, nihil enim tam contrarium eſt cuiquam, quàm officio turpitudo. falſum eſt igitur, officium eſſe actionem in omni uita. Cum uirtute, differentia, quod quicquid à uirtute abiunctum ab officio longè abſit, ergo per hanc differentiam communis uita longè abeſt ab officio. aut ſpecies confundit, hoc eſt, humano capiti ceruicem iungit equinam, ſed ut concedam omnia, quæ in ſua definitione Cælius exponit, illud tamen concedi non poteſt, quod hæc ſit definitio generis, in qua ponuntur ultimæ differentiæ, quæ ſpecies conſtituunt: nihil enim in generis definitione eſſe debet, quod omnibus partibus illi ſubiectis non conueniat. ita ſi definias animal eſſe ſubſtantiam animatam cum ſenſu, nullum inuenietur animal quod non ſit eiuſmodi, at ſi rationale addas, iam non animalis ſed hominis erit definitio, qualis hæc eſt, de qua tam multa diximus. nam officium quod eſt cum uirtute coniunctum, eſt rectum officium. item cum ratione, eſt medium. in quos errores lapſus Cælius non eſſet, niſi definire uoluiſſet, quod definiri commodè non poteſt. ſed nec officij, quidem recti uim ſatis intelligere uiſus eſt. ſiue enim officium uirtute coniunctum id intelligit, quod Stoici rectum uocant, ſiue quam Ariſt. perpetuam animæ rationalis actionem ex uirtute. male omnino id eſt interpretatus. nam & illi rectum officium, & hic actionem uirtutis ultimum bonorum eſſe definiunt. in quo mire utriuſque ratio conſiſtit. neque hic

quicquam refert, quod aliquid interſit inter utriuſq; diſciplinæ bonum. ſatis eſt enim quod Ariſt. uult actionem uirtutis felicitatem eſſe, Stoicis perfectum officium, quod ſolum ſtatuunt eſſe bonum, honeſtum. quòd autem hæc ita ſe habeant, ex definitionibus conſtat. in primo enim Ethicorum bonum humanum, inquit Ariſt. actionem rationalis animæ per optimam uirtutem eſſe in uita perfecta. Cato uerò apud M. Tullium in tertio de Fin. inquit, rectum officium omnes numeros uirtutis continet. in officiorum uerò tertio ſic ait Cicero, illud autem quod rectum idem appellant, perfectum, & abſolutum eſt, & uti idem dicunt, omnes numeros habet. nec præter ſapientem cadere in quenquam poteſt. actio igitur animæ cum uirtute eſt ipſa felicitas, & officium perfectum eſt ipſa uirtus, id eſt, ultimum bonorum. malè igitur Cælius ſi alterutrum intelligit, exponit eſſe inſtrumentum, per quod ad felicitatem perducamur. at quanto rectius id officio medio tribuiſſet? inquit enim Ariſt. iuſtum fieri qui iuſta facit, & temperatum, qui officia temperantiæ. quæ propterea iuſta, & temperata dicuntur, quod ſunt ijs ſimilia, quæ uir iuſtus, & temperatus ageret. Cato uerò apud Ciceronē in tertio de Fin. à principijs naturæ officia duci refert oportere, ut per ea ſapientiam adipiſcamur, quæ ut alibi teſtatur comes, & adiutrix eſt naturæ. uerùm & Ariſt. & Cicero ſæpiſſimè concludunt, finem optimū, & ſolum id eſſe bonū, ad quod omnes actiones noſtræ referendæ ſunt. & cuius cauſa ſint omnia repetenda, ipſum uerò nullius unquam rei, uerùm ſua ipſius cauſa tamen repetatur. At ſatis multa de re minimè dubia diſſeruimus. Reliquum eſt ut illis quoque reſpondeamus. qui iure prætermiſſam officij definitionem à Panætio confirmant, quòd inter Stoicos quid illud ſit omnino conſtet. quare ſuperuacanea illa

defini

definitio fuiſſet. Ego uerò *tantum dico. ſi in Stoicorum corona, aut in porticu* Zenonis Panætius *diſputaſſet, cum his fortaſſe ipſe quoque ſentirem. cum autem omnibus ille ſcriberet, & ab omnibus uellet intelligi, quibus non ſatis conſtitutum eſſet, quæ nam uis eſſet officij, ſtatuendum puto definitionem illam ſine uitio præteriri non potuiſſe.*

TERTIA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Verba Ciceronis ſunt: Hac diuiſione, quum præterire aliquid maximum uitium in diuidendo ſit, duo prætermiſſa ſunt. nec enim ſolum, utrum honeſtum an turpe ſit deliberari ſolet: ſed etiam duobus propoſitis honeſtis, utrum honeſtius: itemq́; duobus propoſitis utilibus, utrum utilius. At tu hæc Cicero, quod tua pace dictum ſit, nimis cupidè, ne dicam anxiè, Panætio *obijcis. An tu uir tanti ingenij, tantusq́; dogmatis profeſſor, non meminiſti, apud* Stoicos *eiuſcemodi gradus eſſe ſublatos? neque dato utili, aliud utilius: neque dato honeſto, honeſtius aliud inueniri? Sed fac, ut aliquando in communi & uulgari uita hæc in dubium reuocari uideantur. Quid ſi non duo tantum, ſed tria & quatuor, uel etiam plura dubitando accurrant? puta, pater grauiter ex morbo laborat, tu ignarus eius remedij es, quod patri ſalutem reſtituat. Eodẽ tempore amicus de fortunis, de capite, de dignitate periclitatur: tu cauſarum patronus auxilio eſſe potes, eidemq́; grati animi teſtimonium redde, quum ille te aliquando fortunæ indignitate oppreſſum ſubleuauerit. Eodem tempore ignis uicinas ædes corripit, uerendumq́; tibi, ne tuæ ædes tua cum familia protinus conflagrent. Eodem tempore hoſtis*

patriam aggreditur, & propemodum intra mœnia irrumpit. Vt uno tempore te dubitare oporteat, non iam quid utilius, quid honeſtius: ſed quid utiliſsimum, quid honeſtiſsimum ſit ex omnibus. Hinc *patris ſalus te uocat, hinc amici, hinc uiciniæ tuarumq́; ædium periculum: hinc præſens patriæ, tuorumq́; ciuium direptio ac ſeruitus.* Sane *ſi huic diuiſioni ſemel feneſtram aperueris, non eſt ubi ſiſtas.* Nam *& quid utile, & quid utilius, & quid utiliſsimum, & ſi ulterius promouere licet, ex plurimis utiliſsimis quid præponderet, erit inquirendum.* In *quo non aliunde, quàm ab ipſo* Cicerone, *teſtimonium mutuabor.* Is *enim in præfatione ſecundi libri de* O*fficijs ait: non ſolum, quid utile, quid inutile, ſed ex utilibus quid utilius, aut quid maximè utile quærendum eſſe.* Quare *ne ad hanc infinitatem deſcendere oporteat,* Panætianæ *obſecro diuiſioni acquieſcamus. præſertim quum* Ariſtoteles *libro 5.* Ethicorum *ita ſcribat:* Boni *nanque rationem ſubit minus malum, ad maius malum comparatum.* Minus *enim malum magis quàm maius eſt expetibile.* At *quod expetitur, bonum eſt: & quod magis, maius.* Ex *quibus planè colligimus,* Diuiſionem *hanc à* Cicerone *allatam contra* Panætium: *honeſti ſcilicet, & magis honeſti: utilis, & magis utilis: eſſe ſuperuacaneam.* Siquidem *minus utile, utile eſſe deſinit, ſi magis utili conferatur.* In *affulgente ſole, cætera lumina hebetantur: ſic ſub* Dictatore *cæteræ iuriſdictiones abolentur.* Huius *rei argumentum inde quoque elici poteſt: quòd ſi contingat eodem tempore opitulantem eſſe amico & parenti, qui parentem grauiter laborantem deſtituerit, & amico fuerit opitulatus, improbè dicetur feciſſe. quamuis certum ſit, quod abdicata * comparantur.* A*mico opitulari bonum eſt, ſed comparatio rei conditionem*

mutat

mutat: ceu qui in altera parte trutinæ ponduſculum, in altera magnum pondus expoſuerit. Ponduſculum enim magno ponderi collatum, nullius propè ponderis, nulliusq; grauitatis exiſtimabitur.

IACOBVS GRIFOLVS AD *tertiam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

SEquitur locus, in quo Cicero aut ignorantiæ, aut etiam malignitatis crimine conuincitur, ut ne ſua quidem eloquentia defendi poßit. quo igitur me uertam neſcio. nam quo tandem ore in illa diuiſione tripartita Pan. peccaſſe dicam? quis enim neget ſatis eſſe dubitare honeſtum'ne ſit, quod in deliberationem cadit, an turpe? utile an inutile? poſtremò an cum honeſto pugnet, quod utile uideatur? iam quis me ferret accuſare Stoicum hominem, qui non poſuerit honeſto aliquid honeſtius, ac ut.le aliquid utilius poſſe reperiri, cum omnes comparationis gradus in his rebus ea diſciplina ſuſtulerit? Rurſus pati, M. Tul. omnì deſtitutum patrocinio indicta cauſa damnari, impiū mihi propemodum uidetur. cum præſertim, ut iam quod ſentio liberè ſemel dicam, facillima ſit huius defenſionis ratio. equidem uix ſatis mirari queo uiris quibuſdam planè doctis, cum libros de Fin. Tuſc. quæſtiones, tot deniq; uolumina Ciceronis legerint, tamen in mentem ueniſſe ſuſpicari Marcum ipſum Tulliū ignoraſſe Stoicos quàm bonum ſemel eſſe confirmaſſent, negare aut ipſum creſcere, aut melius eo fieri quidque poſſe, atque id quidem facit, ut magis hac re mirer, quòd hi Critici, qui Ciceronem tam uehementer inſectantur, ne nomen quidem Stoicorum, nedum diſciplinam cognouiſſent, niſi de eis ille tam

multa ſcripta reliquiſſet. at ſciebat, ò grauiſſimi cenſores, ſciebat etiam Mar. Tullius, atque etiam à ſuis Academicis didicerat uirtutes abſolutas neque creſcere, neque decreſcere, quare in tertio de fin. rectà inquit effectio, item conuenientia, denique ipſum bonum, quod in eo poſitum eſt, ut naturæ conſentiat, creſcendi acceſsionem non habet. Præterea in quarto de fin. dicit ſi externa, aut etiam corporis dicamus bona, aliud alio melius, aut peius eſſet, & propterea Stoici negant præter honeſtum quicquam eſſe bonum. ex quo fit, ut qui eo honeſto, quod ſolum, & abſolutè bonum eſt, potiatur beatus ſit, nec requirat quicquam, ut ſit beatior. Nam ut in quinta Tuſc. ſcribit, ſi eſt, quod deſit, ne beatus quidem eſt. Sciebat igitur (ne ſingula perſequamur) hæc omnia M. Tullius atque cæteros perpulchre docuit. Cur etiam Panætium reprehẽdit? quia errauit: nam qui de communibus officijs ſcripturus erat, non de recto, & perfecto, conſiderare debuit ea non eſſe paria: ſed alio aliud eſſe maius, & honeſtius, & magis neceſſarium. Nanque Stoicorum ſchola non ſuſtulit comparationis gradus niſi in bonis, & malis. de quibus nihil erat Panætius dicturus. quòd autem communia officia paria non ſint, in tertio de fin. ibi perpulchre declarauit, ubi ait, incommoda autem, & commoda (ita enim εὐχρηστήματα, καὶ δυσχρηστήματα appello) communia eſſe uoluerunt. illa enim quæ proſunt aut nocent bona ſunt, aut mala. quæ ſint paria neceſſe eſt. commoda autem, aut incommoda in eo genere ſunt, quæ præpoſita, & reiecta dicimus. ea poſſunt paria non eſſe. ſi poſſunt igitur paria non eſſe, habendus eſt in eis delectus, & aliud alij præponendum, ut melius, & honeſtius. Cum Panætius igitur non intellexerit honeſtum illud abſolutum, ſed officium, quod ab honeſto ducitur, quodq́; medium & commune appellatur,

pellatur, cur ſua partitione non erraſſe uideatur? at illa uox honeſti horum facilè iudicium deluſit. non enim exiſtimarunt eam pro communi officio ſolitam eſſe uſurpari. uerùm à Cicerone diſcant eandem aliquando honeſtatem officium commune appellari, & ea officia ſecunda honeſta dici, in primo enim officio inquit, Intelligendum eſt autem cum propoſita ſint genera quatuor ex quibus honeſtas, officiumq́; manaret, ſplendidiſſimum uideri quod animo magno, elatoq́; humanasq́; res deſpiciente factum ſit. ac in eodem ait, cum omnis honeſtas manet à partibus quatuor, quarum una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis, & quæ ſequuntur. ſi honeſtas igitur à quatuor illis generibus dicitur manare, cur etiam honeſtum non dicemus id officium quod è quatuor uirtutum manat ab aliqua? cum in primo officio idem ſcripſerit, ſed omne quod honeſtum eſt id quatuor partium oritur ex aliqua? & paſſim in his libris honeſtum ſic intelligatur? at ne te diutius teneam, lege in tertio eiuſdem operis, ubi hæc inuenies. Atque illud quidem honeſtum quod propriè uereq́; dicitur, in ſapientibus eſt ſolis, neque à uirtute diuelli unquam poteſt. in ijs autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt, illud quidem perfectum honeſtum nullo modo eſſe poteſt, ſimilitudines honeſti eſſe poſſunt. & paulò pòſt, hæc igitur officia, inquit de quibus his libris diſſerimus, quaſi ſecunda quædam honeſta dicunt eſſe. non ſapientum modo propria, ſed cum omni hominum genere communia. iam perſpexiſti cum ſingularum uirtutum, ſint propria quædam officia, ut in ſecundo de Orat. & in quinto de fin. docet M. Tullius hæc alias ſimilitudines perfecti honeſti, alias ſecunda honeſta, alias honeſtates, & officia media uocari. non igitur honeſtum illud rectum, quod à uirtute non diuelli-

tur,

tur, in dubium uenit, honeſtum'ne, an turpe ſit, nihil enim illuſtrius eo, neque clarius lucet, nec fallere quenquam poteſt. ſed hoc medium, quod illius ſimilitudinem quandam habet minime difficilem ad diſtinguendum, quandoque naturam habet ambigendi, ac ne forte deſideres exemplum huius comparationis, in calce primi libri ita diſputauit: Placet igitur aptiora eſſe naturæ ea officia, quæ ex communitate, quàm ea, quæ ex cognitione ducantur. deinceps ſequuntur argumenta ubi eſt animaduertendum, non iuſtitiam Tullium dixiſſe aptiorem naturæ quàm prudentiam, ſed officia, quæ ducuntur ex iuſtitia eſſe aptiora ijs, quæ ducuntur ex cognitione. quæ quidem conceſſu Stoicorum inter ſe comparantur. ſi male igitur Panætius, cur non rectè M. Tullius? equidem ſcire uelim quid ſit, quod prius diſcere quidam nolint, quid in grauiſſimis ſuis ſcriptis ſummi uiri præſtantiſſimo ingenio præditi, & magna eruditione ornati ſentiant, quàm temere audeant illorum doctrinam, & ſummam prudentiam accuſare. ſed illud quoque Cælio negotium faceſſit, quod poſſunt infinita ſimul nobis occurrere, de quibus non facilè, quod optimum factum ſit, deliberari queat. idq; Ciceronis ipſius autoritate confirmat euenire poſſe. quod ſi concedam in eam infinitatem poſſe nos incidere, non'ne in infinitis probabitur etiam ille, qui curabit quoad eius fieri poterit, ut optimum ſequatur? atque hoc etiam ſimili diuiſionem Ciceronis impugnat, quod ut minus malum collatum cum maiore deſinit eſſe malum, ita minus utile cum utiliore comparatum deſinit eſſe utile. at quid Stoicis cum Ariſtotele? uerum eſto minus utile comparatione maioris deſinat eſſe utile. tanto magis igitur cauendum eſt, ne quod utile non ſit, eligamus, quod autem eſt utile omittamus. at ne longum faciamus, comparatio plus, & minus tantum oſtendit,

dit, natura uerò rerum mutare non poteſt. quare qui amico potius, quàm patri præſto eſt, non in eo peccat, quod amicum adiuuet, nam id eſt officium: ſed in eo, quod patrem deſerit, cuius ſalus filio potior eſſe debet, quàm amici. item qui centum lucrari poßit, tamen octoginta mauult accipere, quamuis centum maius lucrum ſit, non ſtatim ſequitur octoginta non eſſe lucrum. ita quamuis minus officium ſit amico, quàm patri ſuccurrere, eſt tamen officium. ſed in eo quoque male ſentit Cælius, quòd ponduſculum cum magno pondere Ciceronem conferre uoluiſſe putat. non enim hæc exiſtimauit conſultationem ullam, aut deliberationem deſiderare. Sed cum duo ſunt honeſta, aut duo utilia, quæ non tam facilè diſcrimen habent, ex quo conſilium anceps eſſe poßit: tamen conſultatione opus eſſe, duxit. ut cum officia, quæ à communitate, & quæ à cognitione ducuntur, inter ſe conferre neceſſe eſt.

QVARTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Philoſophi diſcendi ſtudio impediti, quos tueri debebant, deſerunt. itaque eos ad remp. ne quidem acceſſuros putat Plato, niſi coactos, æquius autem erat, id uoluntate fieri. Nam hoc ipſum ita iuſtum eſt, quod rectè fit, ſi eſt uoluntarium. Tu rectè quidem Cicero. Nam bonarum malarum'ue actionum modus ac menſura eſt, hominis uoluntas. Sed enim ne in Platonis ſententiam arguteris. Nec enim Plato debere philoſophos, aut poſſe cogi dixit, ad reip. gubernationem: ſed eos ſibi ſua ſponte hanc neceßitatem impoſituros, ut quum tempus poſtulauerit, id eſt, quum nullus idoneus publicæ adminiſtrationi præſidebit: uel magnum aliquod

quod periculum imminebit ciuibus:tum ipſi ſe à rerum contemplatione ἀκόντες ἑκόντες, ut dicunt, auellent. Et ſicut nauis Salaminia, ut aiebat Themiſtocles, non niſi ad neceſſaria tempora,neceſſariasq́; functiones expetebatur: ita ipſi non niſi rerum & temporum ratione impulſi, prodeant in medium, ſuorum ciuium commodis ac ſaluti conſulturi. Certè Plato quinto libro τῆς πολιτείας tradit, non eſſe munus nautarum & gubernatorum, eos rogare qui naui uehuntur, ut ſe uehi ſinant: ſed eorum potius qui uehuntur, orare, ut gubernatores & nautæ eorum curam ſuſcipiant. atque in portum peruehant. Pari ratione neque Philoſophorum intereſſe, ut rogent ipſi, ſe ad publicam adminiſtrationem admitti: ſed ut rogentur potius, ut uelint ipſi Reip. clauum capeſſere, & laborantem ciuitatem ſua prudentia ſuſtinere. Alioqui multa accidere poſſunt, quæ philoſophos deterreant,ne Reip.curam ſuſcipiant.quod & Cicero in quadam ad Lentulum epiſtola attigit: Id iubet, inquit ille, Plato, quem ego autorem uehementer ſequor, tantum contendere in Rep. quantum probare tuis ciuibus poſſis,uim neque parenti,neque patriæ afferre oportere. Atq; hanc quidem ille cauſam ſibi,ut non attingendæ Reip.fuiſſe: quod cum offendiſſet populum Athenienſem propè iam deſipientem ſenectute,quum eum nec perſuadendo nec cogendo regi poſſe uidiſſet,quum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur.

IACOBVS GRIFOLVS AD
Quartam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

QVartus locus, eſt in quo Cicero à Platone in eo diſſentit, quod philoſophos is non putat ad Remp. niſi coactos

coactos accedere debere. Cicero uerò id uoluntate fieri æquius eſſe ducit. At Cæl. tanquam argutulum Cicer. uexat, atque perinde infeſtatur, ac uim cogendi non intelligat. ſic enim inquit: Nec enim Plato, debere Phil. aut cogi poſſe dixit ad Reip. gubernationem. ſed eos ſibi ſua ſponte hanc neceſſitatem impoſituros, ut cum tempus poſtulauerit, id eſt, cum nullus idoneus Reip. præſidebit, uel magnum aliquod periculum imminebit ciuibus, tum ipſi ſe à rerum contemplatione ἀκόντες ἑκόντες, ut dicunt, auellent, atque refert ut Salaminia non niſi ad functiones neceſſarias expetebatur, ita philoſophos non niſi rerum, & temporum ratione impulſos prodire in medium ſuorum ciuium commodis, & ſaluti conſulturos. ac omnia hæc ipſius Platonis autoritate confirmat ex quinto Politicorum. Ego uerò hanc quoque defenſionem paucis expediam. M. Tullius, ut patet, in his libris Stoicos eſt ſecutus. quæ quidem diſciplina ſtatuit ſapientes æquum eſſe capeſſere Remp. quare in tertio de Fin. Cato ſic inquit: cum autem ad tuendos, conſeruandosq́; homines hominem eſſe natum uideamus, conſentaneum eſt huic naturæ, ut ſapiens uelit gerere, & adminiſtrare Remp. atque ut è natura uiuat, uxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare, atque hoc idem Hor. demonſtrat, dicens in prima Epiſtola. Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus undis, Virtutis ueræ cuſtos, rigidusq; ſatelles. Cicero igitur ut Stoicus contrà Plat. inquit æquum eſſe philoſophos gerere Remp. & procurare ne eò ueniatur, ut niſi eam perire uelit, capeſſere cogatur. nanque eſt etiam quædam neceſſitas conditionalis, ut niſi patriæ ſuccurras, ab hoſte capiatur. ergo ſi nolis eam ab hoſte capi, cogeris defendere. hac itaq; neceſſitate coactos philoſophos oportere gubernare Remp. Plato uoluit. nec aliter interpreta-

tus eſt Cicero. ſed æquius eſſe contendit non expectare ullam talem neceßitatem, ſed eam ita gerere, ut in nullum diſcrimen uenire poßit. non igitur ita coactos intelligamus, ut non libentißimo quidem animo eam ex periculis eripiant. ſed in eo hæc omnis quæſtio uerſatur, quòd Cicero uult omni tempore philoſophos Reip. præeſſe, Plato uerò ſtudiorum cauſa eoſdem quandoque deeſſe. quid nunc attinet Plat. autoritate oſtendere non pertinere ad Phil. rogare, ut admittantur ad adminiſtrationem Reip. ſed rogare? at etiam ſi non rogetur ſapiens, cum illius ſtudio, & arte Reſpub. carere non poßit, ſi bonus ſit ciuis, ab adminiſtratione publica non ſine uitio poteſt abſtinere. quin etiam rogare, et omni ſtudio tentare debet, ut tunc ſibi Reſp. committatur. alioqui non ſapiens magis, quàm impius habendus eſſet. & hæc eſt mens Platonis, qui nihil aliud omnino uoluit, niſi ambitionem cohibere. ſic etiam Plutarchus in ſua politica decere negat optimum uirum nimio ſtudio, & ambitione petere magiſtratus, ſin uerò ut lex, & mox ciuitatis fert, ultrò deferatur, non eſſe boni ciuis Reip. ſuæ munera defugere. ſed item Stoicus ſapientem uult officia uirtutis ſine ambitione ſequi, ſed illis nunquam doctrinæ ſtudia præferre, neque cum ſit in aliquo periculo conſtituta, neque cum in tuto eſſe uideatur. nunc enim ut in optimo ſtatu conſeruetur, tunc autem ne pereat. quam quidem ſententiam M. Tullius eſt ſecutus.

QVINTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

SVnt autem priuata natura nulla: ſed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt: aut uictoria, ut

ria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, aut pactione, conditione, ſorte. Quod in diuiſione præterire aliquid, maximum uitium in diuidendo ſit, ut paulò ſuperius hoc libro, & in Topicis ipſe teſtatur: quid de ijs dicemus, quæ edicto prætorio nobis addicta ſunt? nam edictum prætoris à lege diuerſum eſt. quid de ijs, quæ contractu nobis & precio ita comparauimus, ut noſtri mancipij facta ſint? quid de ijs quæ prædio noſtro alluuione fluminis accreuerint? quid de ijs, quæ ſe nobis ſorte fortuna obtulerunt? ut theſauri inuentio, ut auium captura, quæ libero aëre uagantur. Quod ſi quis omnia hæc ad legem referat, quæ, quid quaq; in re obſeruari oporteat, conſtituerit: tum uerò in alterum diuiſionis uitium non multò minus inciderit. Sicut enim in diuiſione deſiderari aliquid turpe eſt, ita aliquam diuiſionis partem redundare turpiſſimum. Nam & qui in uacua uenerunt, & qui uictoria potiti ſunt, qui pactione, conditione, ſorte, uſucapione aliquid tenent: ij omnes promiſcue ſe lege defendunt. Apud M. Varronem, in emptionibus dominum legitimum ſex ferè res perficiunt. ſi hæreditatem iuſtam adijt: ſi, ut debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit: aut ſi in iure ceſſit, cui cedere potuit, & id ubi oportuit: aut ſi uſu cepit: aut ſi è præda ſub corona emit: tum item, quum in bonis ſectione'ue cuiuſuis publicè uenit.

IACOBVS GRIFOLVS AD
Quintam Cælij Calcagnini
Diſquiſitionem.

ILlud quidem parum prudentis hominis, atque conſtantis eſſe uitium uidetur, ſi quis aut contra ſuum præceptum faciat, aut quod in eo eſſe cernas, id in alijs accuſet.

quare Cælius iuſtæ reprehenſionis anſam cenſuit ſibi datam eſſe, M.enim Cicero cum paulò antè Pænætij diuiſionem improbaſſet, tamen ipſe quoque in officiorum primo contrà, quàm monet in topicis peßimè diuiſit. ubi ſic ait. ſunt autem priuata natura nulla. Sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacua uenerunt, aut uictoria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, aut pactione, conditione, ſorte, quod in diuiſione inquit Cælius, præterire aliquid maximum uitium ſit, & paulò ſuperius hoc libro, & in Topicis ipſe Cicero teſtatur. quid de ijs dicemus, quæ edicto prætorio nobis adiecta ſunt? nam edictum prætoris à lege diuerſum eſt. quid de ijs dicemus, quæ contractu nobis, & pretio ita comparauimus, ut noſtri mancipij facta ſint? quid de ijs, quæ prædio noſtro alluuione fluminis accreuerunt? quid de ijs, quæ ſe nobis fortuna obtulerunt? ut teſauri inuentio, ut auium captura, quæ libero aëre uagantur? quod ſi quis hæc ad legem referat, redundans erit hæc diuiſio, quod non leuius eſt peccatum. hactenus Cælius. hæc autem cum plebano ſancti Apollinaris Baptiſtæ Electo noſtro optimo ut ſcis ingenio, ſummaq; doctrina prædito legiſſem, quid inquit Cælius hic ait? Equidem non arbitror hic M.Tullium omnes rationes, & modos numerare uoluiſſe quibus quiſque rei alicuius dominus fieri poßit.ſed quibus cauſis, tantum quæ communia erant, facta ſint priuata. neque ſi rectè quis conſideret, alias fortaſſe præter has facile reperiet. Nam edicto prætoris, & contractu ea noſtra fiunt, quæ erant alterius, non communia. item eluuione ea terra, quæ in alterius fundo erat, in alienum aquarum ui tranſlata eſt, ex priuato loco ſcilicet in priuatum. Theſaurus autem qui offeratur, & auis libera, & id genus alia in communibus rebus numerantur, & fiunt occupantis.

pantis. itaque communia aut occupatione facta ſunt priuati iuris, aut bello, aut lege inter populos, pactione, conditione, ſorte. illud autem eſt hic animaduertendum quod Marcus Tullius non de priuatorum hominum, uerùm de publicis poſſeßionibus populorum, & ciuitatum loquitur. quod ipſe ſtatim exponit dicens, ex quo fit ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum, ut hac ſimilitudine oſtendat certæ cuiuſque perſonæ res eſſe proprias. quare inquit, ſimilisq́; eſt priuata & poſſeßionum deſcriptio. ex quo ſuum cuiuſque fit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit id quiſque teneat, hic ita eſt intelligendum, ea, quæ natura fuerant communia, illis tantum rationibus potuiſſe fieri publica, uel priuata, hæc autem & iiſdem & alijs compluribus poſtea excogitatis modis, diſtribui, & ad alios quotidie nouos dominos peruenire. Itaque ſi ex uerbis Ciceronis uerum eliciamus ſenſum, fortaſſe in ea diuiſione nihil amplius deſiderabimus. quòd ſi communem interpretationem ſequi libeat, non uideo cur edictum prætoris Cælius neget eſſe, legem cum in tertia Verr. Cicero confirmet edictum eſſe legem annuam, ſed ut de nomine concedamus, uim tamen legis obtineat neceſſe eſt, ut ſenatuſconſultum, reſponſa prudentum, principum placita, plebiſcita, iuſſa populi, mos, & conſuetudo, & ſi qua ſunt alia huius generis, quæ tanquam ſpecies legi, ut generi ſubijci debent, quod autem permutatur aut pecunia, aut alia re non pactione continetur. nam theſaurus fortuna oblatus, & piſces in publicis aut in communibus fluminibus, & aëriæ aues, omnia ſunt communia, & occupatione fiunt propria. itaque uidemus hæc omnia illius diuiſionis partibus eſſe comprehenſa. neque fieri poteſt ea, quam Cælius dicit, in ea diuiſione redundatio, nam eas partes ad

legem nemo referret. aliud eſt enim uim legis habere, & pro lege uſurpari, aliud eſſe legem, uel uerius fortaſſe dicamus, eſſe modum, quo per legem ex communi conditione res tranſeunt in priuatam. atque hæc electus. at quid, ſi Tullium ea quoque ratione defendamus, ut dicamus eum uoluiſſe omnes illius diuiſionis partes perſequi, ac illas rationes exempli cauſa poſuiſſe? quod Horatium cùm ſcriberet ad Florum uidemus feciſſe, cum ait: Tanquam Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis horæ, Nunc prece, nunc precio, nunc ui, nunc ſorte ſuprema permutet dominos, & cedat in altera iura. Nam & alijs rationibus ab Horatio omiſſis hæc permutatio fieri ſolet. ſed ijs fuit exemplis contentus, ut M. Tullius, qui tamen etiam eo argumento defendi poſſet. quod illis tantum modis ante cœpta ſint à priuatis obtineri communia, quàm eſſent edicta, & reliqua uel à Cælio, uel à me ſuperius poſita. Ciceronem enim temporum habuiſſe rationem credendum eſt. uerùm ſi rem rectè perpendamus facile perſpiciemus, ut electus noſter ait M. Tull. expoſuiſſe omnes cauſas et modos, quibus priuata fierent, quæ natura eſſent communia. & non quibus ea, quæ ſunt priuati iuris, in ius alterius priuati tranſeunt: nam hoc eſt dominum mutare, non conditionem.

SEXTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

QVi autem non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ: tam eſt in uitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. At hoc nimis Stoicè dictum eſt, & quod inter Paradoxa referri oporteat. Quid ſi ſontem defendam? ſi eum, qui alium prius iniuria prouocarit? ſi eum denique, cuius

cuius cauſa & mihi & meis diuturnas offenſas cōcitem? ſanè hæc ad obruſſam & rigorem illum Zenonis metiri, durum & plenum inclementiæ exiſtimauerim. Præſertim quum in medio hominum, neq; inter perfectos uiuamus. Adde quod, ut ipſe paulò pòſt monet, multa circumſpicienda ſunt in omni officio: & conſuetudo exercitatioq́; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poßimus: & addendo deducendoq́; uidere, quæ reliqui ſumma fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligas. Quid præterea, ſi peregrinus & ignotus in periculo ſit? ſit itidem is, qui de te optime meritus ſit? Quid ſi plures eodem tempore defendendi ſunt? Quid ſi cōſtituto in periculo opitulari non poßis, niſi alium, puta amicum uel neceſſarium læſeris? Profectò hæ omnes circumſpectiones ſententiam Ciceronis infirmant. Quæ uerò (malum) hæc comparatio? quàm abſona, quàm ueritati refractaria? Ergo ignotum ac peregrinum, & forte nihili hominem deſtituiſſe, iuxta par ſcelus exiſtimabis, ac ſi parentes, quibus uitam educationemq́; debeo: ac ſi amicos, quos eadem mihi uoluntas idemq́; ſtudium coniunxit: ac ſi deniq; ſanctißimam patriam, in qua omnia iura repoſita ſunt, prodidero. Vide obſecro, ne ſi poſitionem tueri uolueris: & pietatem erga parentes, & neceßitudinem inter amicos, & charitatem in patriam uili nimis loco habuiſſe uideare: quàm publico, ac latè nimis profuſo humanæ ſocietatis uinculo adæquaueris.

IACOBVS GRIFOLVS AD *Sextam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

ILlud quoque Cælio non probatur tanquam durè, & nimis Stoice dictum, ac etiam inconſtanter. quod tam ſit

in uitio qui non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, ſi poßit, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. Quid ſi ſontem, inquit, defendam? ſi eum, qui alium prius iniuria prouocauit? ſi eum denique, cuius cauſa & mihi, & meis diuturnas infenſas concitem? ut pro Cicer. reſpondeam, impiæ id facies, & ſtultè, & contra Zenonis, & M. Tullij præceptum, qui humani ſunt, & iuſti: at primum quod Stoicis agat Cicero reprehendi non debet. quando ſe id facturum à principio profeſſus eſt. deinde quod aut nimis, aut inconſtanter, falſum. præſertim hoc in loco, ubi noluit, ut Cælius putauit, paria eſſe peccata, non obſiſtere iniuriæ, & patriam deſerere. ſed illud non eſſe uitium magis, quàm hoc. ita in ſuo genere non longius abeſt à uitio, qui non propulſat iniuriam, ſi poßit, quàm qui parentes amicos, & patriam deſerunt. ut ſi furatus ſit quiſquam decem, alius uerò centum, non magis hic eſt in uitio, quàm ille. nam ſi concedamus utrunque furtum eſſe, illud quoque concedamus neceſſe eſt, utrunque eorum eſſe pariter in uitio. quare M. Tullius demonſtrare uoluit non apertius peccare, qui patriam deſerit, quàm qui non defendit iniuriam, cum poßit. hoc ita conſtituto abſurda ſunt omnia, quæcunque Cælius in Ciceronem iacit. nam ſontem, aut qui prouocauit iniuria ſiquis defendat contra officium facit. neque enim ueriſimile eſt Stoicos defendi eos uoluiſſe, qui noceant alijs, quippe qui monent, ut iniuriæ reſiſtamus, id eſt, ut contra ſontes, & iniurios homines pugnemus. aliàs cum his iniuriam coniungere, & conſociare uideremur. nec etiam illud præcipit M. Tullius, ut cæteris ita quietem patiamur, ut perturbemus noſtram. dixit enim ſi poßis. poſſe autem is dicitur, qui & ſocium, & ſe tueri queat. Quid? inquit Cælius, ſi peregrinus, & ignotus in periculo ſit,

ſit

ſit itidem is, qui de te optime meritus ſit? utrunque ſi poſſit, defendi iubet: ſin minus, cui plus debeatur. non'ne paſſim Stoici monent, ut delectus rerum habeatur? non'ne mire ſibi conſtat Cicero, qui ſocietatis gradus inter homines docuit eſſe plures, ut facilè ſciremus, quæ cuique officia deberentur? non'ne officium dixit eſſe maius damnum anteponi minori? notus eſt locus ille. ubi hoc exemplo Cælius conuincitur. ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe uenturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit, non ſit contra officium non facere, quod dixerit, magisq; ille, cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur, ſed paßim tibi occurrent huiuſmodi loci, nequis credat Zenonem, ſiue M.Tullium Ariſtonem aliquem fuiſſe, qui nihil in medijs officijs relinquant, quod ſit aut ſecundum naturam, aut contra, uerùm ſi Cælius ex conſtantia, & perpetuitate, & non ex ſingulis uocibus philoſophos ſpectaſſet, non fuiſſet ita propenſus ad huiuſmodi calumnias. mitto nunc alias eius circunſpectiones. nam quis dubitet, ſi plures oporteat eodem tempore defendi, omnes defendere, ſi poßit? ſin minus, quos poßit? quod ſi nullum ſeruare queat, nemo unquam exiſtimabit ab eo deſertum eſſe quenquam. iam ſi conſtituto in periculo ſine alicuius iniuria opitulari non poßim, non opitulabor: officium enim nunquam debet cum iniuria coniungi. nam ut dixit M.Tullius, qui alijs nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt iniuſtitia, ut ſi in ſuam rem alienam conuertant. ubi uides eum, cum par eſſe crimen uellet oſtendere, in eandem eſſe iniuſtitia dixiſſe, tam enim eſſe in uitio, & in eodem, plurimum differt: quæ ſi diligentiore trutina Cælius examinaſſet, non tam durus illi Cicero uiſus eſſet.

SEPTIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

CIcero liberalitatem cum iuſtitia confundit. Habẽt omnino aliquam inter ſe uicinitatem, præſertim ea parte, quæ in erogando conſtat. dat enim utraque pro dignitate benemeriti, ſed iuſtitia multò latius euagatur. Sane Ariſtoteles duplicem iuſtitiæ proportionem tribuit: geometricam alteram, alteram mathematicam. Arithmeticam uerſari in contractibus ſcribit: in quibus omnes homines pares eſſe decet. Geometricam uerò, unicuique ſuum diſpenſare, quantus eſt cuiuſque captus & exiſtimatio. Hæc imperio ac magiſtratus præclare natis ingenijs præbet, cæteris pro ſuo modulo munera & miniſteria partitur. Proprium eſt liberalitatis, pecuniam aſpernari, eamq; ad publica nominum commoda impartiri: multos habere ſuo beneficio obſtrictos, nemini quicquam imputare, à nemine uicem repoſcere. Hanc Philoſophi animi magnitudini ac deſpicientiæ rerum humanarum proximiorem, quàm iuſtitiæ, exiſtimauerunt. Poſſet aliquis fortaſſe ea ratione tueri Ciceronem, quod iſtæ uirtutes coniunctæ ſint, ac ita proximæ, ut mutuo uinculo teneantur. quod qui dixerit, incidet in Menedemi Eretrienſis ſententiam, qui omnes uirtutes unam eſſe uirtutem arbitrabatur, eamq; pro ſuis functionibus diuerſis nominibus appellabat. Autor Plutarchus in libello de Virtute morali.

IACOBVS GRIFOLVS AD Septimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

SEptimo loco inquit Cælius, liberalitatem Cicero cum iuſtitia confundit, quàm Philoſophi animi magnitudini,

dini, & rerum humanarum deſpicientiæ coniunctiorem, quàm iuſtitiæ exiſtimarunt. Ego uerò quis nam fuerit de liberalitate ſenſus Ciceronis breuiter oſtendam, ſi prius monuero, ne uitio illi uertatur, ſi cum Ariſtotele ſentire uoluit. Credebam ego iam omnibus hoc eſſe manifeſtum, quod ille ipſe profeſſus eſt, Ciceronem in his libris ſecutum eſſe Stoicos. quamobrem non rectè Cælius, ſi quid ab eo dictum ſit, quod ab Ariſtotelica regula aberrare uideatur, id eſſe corrigendum ſtatuit. nam Cicero, ut teſtatum multis uoluminibus reliquit, Ariſtotelis moralia diligenter legit, nec ab eo propterea diſſentit, quod neſciat, quid ille ſenſerit, ſed quia tunc eum non probat. neque uerò illius ætas erat huic noſtræ ſimilis, quæ unum nouit Ariſto. præterea neminem. at uigebant quatuor illæ Philoſophorum ſcholæ, quarum ſingulæ multos habuerunt amatores, à quibus eruditiſsimis diſputationibus defenſæ ſunt. ac ſi ueterum Philoſophorum ſcripta uideremus, aut eorum, quos reliquos habemus, teſtimonio crederemus, neceſſe eſſet fateri longè plures, & eos grauiores Platonicos, quam Ariſtotelicos fuiſſe. erat ergo fas bonis illis temporibus, ut etiam antè fuerat, Ariſtoteli non modo non aſſentiri, uerum etiam repugnare. nunc autem eò iam uentum eſt, ut dicere non ſatis ſit, ut olim de Pythagora ſolebat, αὐτὸς ἔφη, uerùm ſingula huius uerba ſingula eſſe oracula putemus. at ſi hoc inertiæ noſtræ largiamur, ut ex tam multis uix unum cognoſcamus, laudare debemus eos, qui ut omnes cognoſcerent ſummo ſtudio, & labore perfecerunt. itaque omnium collatis opinionibus, quæ maxime placerent, eas cum cauſa, ut illis uidebatur, ſecuti ſunt. ut Marcum Tullium feciſſe conſtat, quem quidem cum ex alijs, tum ex illis quinque de fin. bonorum, & malorum libris par eſt exiſtimare,

 nihil

nihil ignoraſſe quod illæ ſcholæ, quæ tunc erant in honore, ſentiebant. hic ego, quod ſæpius ſe fecerit Academicum, & Stoicum, quàm Peripateticum, nolo ſtatuere, utrum rectè fecerit nec'ne, uerùm quoniam ea tempeſtate nulla religio uidebatur, ſi quis improbaſſet Ariſtotelem, demus hanc ueniam Ciceroni, ut ab ijs, quos ſibi duces elegerit, ad Ariſto. non deficiat. nec libeat ſemper hoc Enthimemate, ut Cælius conſueuit, uti. non ſic Ariſtoteles. ergo male Cicero. nam apud eum, ut toties iam dixi, non ſemper Ariſt. probatur, quemadmodum in ratione liberalitatis: quam quidem ille in pecuniæ tantum uſu, & earum rerum, quæ pecunia æſtimantur, Cicero uerò non in his ſolum, uerum etiam in omni genere liberalitatis uerſari putat. quare ſic ait. de tribus autem reliquis latiſſima patet ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos, & uitæ, quaſi communitas continetur. cuius partes duæ ſunt, iuſtitia, in qua uirtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni uiri nominantur; & huic eſt coniuncta beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet. tum de iuſtitia, & iniuſtitia primum, poſtea de liberalitate ſeparatim ſua utriq; munera, & officia tribuens tractauit. ubi uidemus Ciceronem iuſtitiam eam partem intelligere, quæ noceat nemini, nec tamen proſit cuique. niſi dando, & accipiendo, ut artifices, & mercatores ſolent, quippe qui ſic alijs proſunt, ut etiam ſui commodi honeſtam rationem habeant. quare Alexander Aphr. eam τῆς πλεονεξίας, καὶ τῆς μειονεξίας medium eſſe tradit in Top. ſed hæc uirtus manca uidebitur. non enim ſatis eſt abſtinere tantum ab iniuria, niſi benignum te, & liberalem præſtes. quare adiungunt ei liberalitatem, cui tribuunt non ſolum uſum pecuniæ, & earum rerum, quæ pecunia æſtimantur, uerum etiam omnem cuiuſuis generis

neris

neris benignitatem. itaque in ſecundo officio inquit Cicero, liberalitatis eſt ratio duplex. nam aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. atq; his duabus partibus iuſtitiæ uniuerſum genus humanum ſuſtentatur. nam ſocietatem tuetur is, qui ius ſuum cuique tribuit. itaque in tertio de fin. iuſtitia inquit Cic. in ſuo cuique tribuendo cernitur: ac in. 3. de nat. deo. iuſtitia, quæ ſuum cuique tribuit, quid pertinet ad deos? hominum enim ſocietas, & communitas, ut uos dicitis, iuſtitia procreauit. de inuentione uerò, ut intelligas huius uirtutis uim iam inde à puero Ciceronem didiciſſe, Iuſtitia, inquit, eſt habitus animi communi utilitate conſeruata ſuam cuique tribuens dignitatem. Rurſus ille quoq; ſocietatem conſeruat, qui nec ulli nocet, & communes utilitates in medium affert, mutatione officiorum dando, & accipiendo, tum arte, tum opera, tum facultatibus inter ſe, & alios ſocietatem deuincit, cuius quidem iuſtitiæ fundamentum eſt fides, ut liberalitati pro dignitate cuique tribuere, ut ſuo loco melius apparebit. atque hæc eſt, quam Geometricam, & illa, quam Arithmeticam uocat Ariſtoteles, nam quod magnanimo coniunctiorem liberalitatem cenſet Ariſt. quàm iuſtitiæ, id non ignorauit M. Tullius, quippe qui in partitionibus magnitudinis animi liberalitatem in uſu pecuniæ dixit eſſe. ſed hic aliter agendum fuit. ſequitur enim Stoicos, apud quos certè latius patet liberalitas, quæ iuſtitiæ ſubijcitur, quàm quæ tantum ad magnanimum refertur. hæc enim in ſolo uſu pecuniæ, illa uerò in omni beneficio uerſatur, & propterea Stoici eam iuſtitiæ adiungebant. unde Cato in tertio de fin. iuſtitiæ inquit adiunctæ ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæq; ſunt generis eiuſdem. iam mihi uideor Ciceronem ſine illo mutuo uinculo, quo ſimul omnes uirtutes continentur, defendiſſe. ut

nequa

nequaquam in Menedemi ſententiam delabi ſit neceſſe.

OCTAVA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

ET quanquam omnis uirtus nos ad ſe allicit, facitq́; ut eos diligamus, in quibus ipſa ineſſe uideatur: tamen iuſtitia & liberalitas id maximè efficit. Cur hoc fiat, Cicero prætermittit oſtendere. Oſtendit id Ariſtoteles: quod cæteræ ſcilicet uirtutes habenti decori ſint, & emolumento: ſola iuſtitia & liberalitas non habenti, ſed cæteris potius mortalibus proſint, aliorumq́; gratia & commodo exerceantur. ob id etiam eas ἀλλοτρίας ἀρετὰς, *id eſt, alienas uirtutes, ueteres appellauere: quod publicæ utilitatis gratia potius quàm priuatæ, inuentæ ſint. omnis autem uirtus, quo ſe pluribus adiutricem præbet, hoc eſt apud omnes charior, maioreq́; in admiratione habetur. Si igitur Cicero, quum Officiorum librum ſcriberet, Ariſtotelem habuiſſet in manibus, potius quàm Panætium: non dubito, quin fœcundiora uberioraq́; ſuis ciuibus præcepta tradidiſſet, eaq́; locupletioribus argumentis & rationibus comprobaſſet.*

IACOBVS GRIFOLVS AD *octauam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

QVòd M. Tullius ſcribens officia Panætium maluit in manibus habere, quam Ariſtotelem, nec in præceptis ſatis copioſus, nec in argumentis ſatis firmus Cælio uidetur. Quid? ignoraſſe etiam rationem eum putat, cur iuſtitia, & liberalitas maxime omnium uirtutum ad amandum

nos

nos alliciat. mihi uerò ignorare Cælius potius uidetur & quid ſciret Cicero, & quid agendum illi eſſet, & quid egerit tandem Ariſtoteles. nam ſi unum ſaltem de tribus cognouiſſet, non tam iniuſtus iudex in Ciceronem extitiſſet. fateretur enim eum, qui tam multis diſputauit ſola iuſtitia ſocietatem hominum inter homines conſtitui, & conſeruari, non ignoraſſe hanc ipſam uirtutem alienorum commodorum habere rationem, cum præcipiat non modo, ne cui quis noceat, ſed quo ad eius fieri poßit, ut quiſq; omnibus proſit, at cur quiſquam tādem ignorare aliquid dicatur, à quo uim eius explicatam uideamus? non dixit M. Tullius iuſtitiam eſſe bonum alienum: at eam ita deſcripſit, ea præcepta tradidit iuſtitiæ, ut quiuis facilè cognoſcat utilitatem eius ad alios potius, quàm ad eum ipſum, in quo ſit habitus ille, pertinere. ſiquidem duo poſuit in primo off. iuſtitiæ fundamenta. primum rerum contractarum fidem, alterum tribuere ſuum cuiq;, quæ quidem funditus euertit his, quicunque omnia ex ſuo tantum commodo metiatur. quo enim modo ſocietatem tueatur is, qui uel ſibi uendicet aliena, uel de nullo bene mereatur, uel deniq; datam fidem præſtare nolit? Rurſus qui ſuo contentus eſt, & prout quiſq; meretur, in omnes eſt liberalis, nec quenquam fallit, cur non is alijs potius, quàm ſibi conſulit? quid aliud explicat M. Tullius, cum iuſtitiæ hominem inquit ſtudere, ut paret ea, quæ ſuppeditent ad cultum, & ad uictum, nec ſibi ſoli, ſed coniugi, liberis, cæteriſq; quos caros habeat, tueriq; debeat? quare præclarè ſcriptum à Platone dixit, non nobis ſolū nos eſſe natos, ortumq; noſtrum partim patriam, partimq; parentes ſibi uendicare, partim amicos? cur Stoicis placere omnia, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alijs prodeſſe poſſent? ac in eo

debere

debere nos ducem naturam ſequi? quid illud etiam, quod tam eſſe in uitio eos putat, qui ab ijs, quibus infertur, non propulſant iniuria, ſi poßint, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat? hunc ignoraſſe quiſquam audet ſuſpicari ad communem utilitatem iuſtitiam referri? Sed ea quoq; legenda ſunt, quæ in calce primi libri ſæpius repetit in comparatione honeſtatis, quæ à communitate, & eius, quæ à cognitione ducitur. iam plenum fiet etiam, qui ſecutus eſt Panætiũ potuiſſe de iuſtitia copioſe, & ſubtiliter diſputare. mitto quàm multa in tam multis uoluminibus dixerit, ex quibus cognoſci poteſt utilitatem plerunq; alienam iuſtitiam tueri. quod ſi quis negat, illud ſaltem doceat rogamus, cur is dixerit per hanc, & per liberalitatẽ in primis effici, ut ad amandum alliciamur. unde hoc nouit? fortaſſe Cæl. reſponderet furore aliquo afflatum diuinaſſe Ciceronem. nam deliraſſe hic, ut alibi confirmat, illi non uidetur, quippe quem ſenſiſſe rectè non audet negare, ſed quòd Ariſt. rationem non attulit, eam ignoraſſe ſuſpicatur. quaſi uerò neceſſarium ſit, quicquid omittatur à ſcriptoribus, id ab eis ignorari. at rationis huius non erat ignarus, imo uerò eam ſuis uerbis ſic expreßit. ſic enim in officio ſecundo ſcribit, itaq; illa tria, quæ propoſita ſunt ad gloriam, omnia iuſtitia conficit, & beneuolentiam, quòd prodeſſe uult plurimis, & admirationem, quòd eas res ſpernit, & negligit, ad quas pleriq; inflammati rapiuntur. ubi res igitur id poſtulauit, non præterijt rationem. nam in primo cum de iuſtitia, & liberalitate tunc ageret, exiſtimauit rationem illam ex longa diſputatione doctis ſaltem uiris perſpicuam eſſe factam. ita ſuperfluens potius fuiſſet, ſi quid al ud de ea dixiſſet, quàm ut Cælius uult fœcundus. ut autem ad Ariſt. tandem ueniamus, aliud illi propoſitum erat, aliud Ciceroni. hic enim non uirtutum

uim

uim & rationum tam docere uoluit, quàm quæ officia, & quo modo ex uirtutibus ſingulis ducerentur. Ariſt. uerò contrà, ut in quo ſita eſſet felicitas exponeret, naturam cuiuſque uirtutis, ac omnes differentias eſt ſumma diligentia perſecutus. nam hic quærit quid ſit uirtus. Cicero uerò quis eius uſus. ut fabri angulum rectum, quantum ad ipſorum artem pertinet, conſiderant: geometra uerò quid, & qualis ſit, diligenter perſcrutatur. non igitur eodem modo res eaſdem conſiderat uterque, ut nec liberalitatem, de qua ſcribens Ariſt. ubi quid ea eſſet definiſſet, in ſua quoque officia diſtribuit, & eorum differentias expoſuit. cum enim in dandis & accipiendis pecunijs liberalitas uerſetur, qui donat ut decet, & oportet multis rationibus eum præſtare oſtendit illi, qui per iniuriam nihil ſumit. inter quas eam quoque poſuit, quòd liberalitas prodeſt, quia donat. cuius rei argumento nobis eſt, quod omnium uirtutum maximè amatur. id quod accipienti, quod ſuum eſt, non accidit. num hac neceßitate Cicero coactus eſt ita diſputare? cum præſertim ex eius iuſtitia, oratione quiuis intelligat, ut dixi, liberalitatem, & iuſtitiam, ad alienam utilitatem attinere? nihil minus. iuſtitiam uerò præclarißimam omnium uirtutum propterea tradit Ariſt. quia non ſolum ipſi iuſto, uerum etiam alijs prodeſt. qua quidem ratione omiſſa quod ſibi propoſuerat, conficere non potuiſſet. Ciceronis autem ratio alia fuit. expoſita enim ea caritate, quæ inter ſanguine coniunctos eſſe debet, ſtatuit nullam ſocietatem præſtantiorem eſſe, neque firmiorem, quàm quæ in morum ſimilitudine bonorum eſt. ac ne quis hac in re uirtuti plus tribueret, quàm ſimilibus ſtudijs, paribusq; uoluntatibus negauit, ne iuſtitia quidem æquè nos ad amandum allici, neque liberalitate, quarum uis eſt in ea re maxima. quoniã ſimiles nos eas non habemus.

ne in

ne intelligat Cælius pari aut ſimili uirtute id fieri, ſed cum etiam ad amandam impelli honeſtatem, qui potius in alijs quàm in ſe illam cernat, quæ beneuolentia, & amicitia non eſt tam firma, neq; tam copulata, quàm quæ ſimilitudine bonorum morum conciliatur, id eſt, quam cum uirtute præditus alterum ſibi ſimilem intuetur. atq; quod probandum ſibi ſumpſit, rationibus confirmauit dicens, in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædemq́; uoluntates, in his fit ut æquè quiſq; altero delectetur ac ſe ipſo: efficiturq́; id. Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. neq; uerò in pronuntiationibus ſingula egent approbatione, ut ſi dicas magis ad amandum nos alliciat morum ſimilitudo bonorum, quàm iuſtitia, quæ præter omnes alias uirtutes armari ſolet. quid hic neceſſe eſt approbare iuſtitiam maxime uirtutum omnium amari? cum pro certo, atq; conceſſo habeatur? quid eſt igitur cur ad ineptias Ciceronem uocemus?

NONA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

ET Themiſtocles quidem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adiuuarit. An parum dixit Themiſtocles, parumq́; adiuuit Areopagum, quum oraculum interpretatus eſt? quum oſtendit ſuis ciuibus, quæ forent lignea mœnia? quum perſuaſit, ut ſe nauibus tuerentur? quum Regi uafro conſilio utile oſtendit, in anguſtijs pugnare? ſed quid opus dicto fuit? quum nauiter atque induſtriæ agendo patriam ſeruauerit? Quod niſi fortiter pugnando, ſeq; maximis periculis exponendo, præpotentis Regis uires fregiſſet: certè Areopago locus non ſuperfuiſſet, ſed una cum Areopagitis ſalus & gloria Athenienſium concidiſſet. Poſſem hic

togæ

togæ belliq; conſilia camparare, poſſem ciuiles caſtrenſesq; labores conferre ; eaq; expaßis eloquentiæ uelis exaggerare , quæ in Oratione pro L. Murena incredibili facundia Cicero proſecutus eſt. Sed in re plana , atq; omnibus expoſita , non adeò oportet eſſe eloquentem.

IACOBVS GRIFOLVS AD nonam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

PErdifficilis eſt illa quæſtio, utrum Themiſtocles inſigni illa ad Salaminam uictoria plus adiuuerit Rẽpub. an Solon eo conſilio , quo conſtituit Areopagitas. Hunc Cicero, illum Cælius defendit. Magnus uterq; uir magnum eſt nactus patrocinium. Nam Cicero ad hanc ætatem primas inter Latinos ſine controuerſia ſemper tulit, & feret etiam poſthac, niſi Cælio cogatur cedere. Cui non ſatis eſt omnium ferè animos ad ſe conuertiſſe, niſi Ciceronis diuturnam gloriam , & eandem maximã imminuat. Ego uerò tametſi noſtra tempora cariora mihi eſſe debent , ſtudioſus tamen ueritatis , & quia pium mihi uidetur tantum uirum , & de nomine Latino tam bene meritum defendere, & glorioſum cum Cælio , ut ſæpius iam feci , congredi , contendam quantum potero etiam nunc exiſtimationem eius illuſtrißimam tueri. Spero etiam Solonis manes huic mea ſtudio gratiam habituros. Volens igitur M. Tul. res bellicas minores eſſe , quàm urbanas ſuadere , uerè inquit ſi uolumus iudicare , multæ res extiterunt urbanæ maiores , clarioresq; , quàm bellicæ. Atq; orationem à communi quæſtione uniuerſi generis ad propriam definitamq; diſputationem uiſus eſt traducere , cùm dixit: Quamuis enim Them. iure laudetur , & ſit eius nomen quàm Solonis illuſtrius , cite-

turq́; Solamis clariſſimæ teſtis uictoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis ei, quo primum conſtituit Areopagitas. Non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum eſt. Illud enim ſemel profuit, hoc ſemper proderit ciuitati. Hoc conſilio leges Athenienſium, hoc maiorum inſtituta ſeruantur. Et Themiſt. quidem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adiuuerit. At ille adiuuit Them. eſt enim bellum geſtum conſilio Senatus eius, qui à Solone erat conſtitutus. Duo ſunt hic argumenta, quibus conſilium Solonis uictoriæ Themiſt. præfertur. & quod ſemel tantum ea profuit ciuitati, conſilium uerò Sol. & antè, & tunc, & deinceps erat ſemper profuturum. & quod in eo bello Themiſt. adiuuit conſilium Solonis, nunimè uerò Themiſt. uictoria Solonem. Cælius autem contempſit primum argumentum, aut exiſtimauit ſecundo confutato cauſam Solonis ſtare non poſſe. Ita quaſi ſubiratus, an parum dixit Themiſt. inquit, parumq́; adiuuit Areopagum cum oraculum interpretatus eſt? cum oſtendit ſuis ciuibus quæ forent lignea mœnia? cum perſuaſit ut ſe nauibus tuerentur? parum me hercule, parum, atq; adeo nihil Areopagũ iuuit ô Cæli, quid iraſceris? nihil inquam adiuuit, niſi quoties Senator de re aliqua ſapienter cenſet, ipſius Senatus ſtatum, & rationem meliorem facit. nam Themiſt. hæc omnia dixit, non ut Imperator, ſed ut Areopagita, ac omnia illa conſilia Themiſtoclis Areopagitæ, non Imperatoris fuere. Nec alia cauſa Solon Areopagum conſtituit, niſi ut in eo de rebus ad Rempublicam pertinentibus deliberaretur. Deliberatum eſt autem Themiſtocle referente, aut etiam ita cenſente ut claſſe id bellum geretur. Non enim unius Themiſtoclis nutu, atque arbitrio claſſe dimicatum eſt, ſed cum Senatum Conſultum in eius ſententiam factum eſſet, qua tamen ſententia non adiu-

uit

uit conſilium Solonis ille quidem, ſed ſecutus eſt potius. Is poſtea ſuis conſilijs bellum adminiſtrauit. Imperator enim eſt adminiſtrator belli, non autor. Ad quem quidem exercitus, caſtrorum, agminum, ſignorum conferendorum, oppidorum oppugnandorum, commeatuum, inſidiarum faciendarum, ac uitandarum, & aliarum rerum, quæ propriæ ſunt belli gerendi, cura pertinet. In quibus certe Themiſtocles excelluit. Sed hæc non fecerunt Areopagum ſapientiorem. Areopagus contra multis modis Themiſt. adiuuit: etenim Athenienſes nec uires, nec opes tantas habuiſſent, niſi Solonis conſilio leges & maiorum inſtituta ſeruaſſent: tum neq; milites, neq; duces, neq; ipſe Themiſtocles tantæ uirtutis ſplendorem conſecutus eſſet, niſi bonis legibus, & inſtitutis ciuitatis paruiſſet, quæ autoritate Areopagi cuſtodiebantur. Adde etiam illud, quod ad ea tempora illa Reſp. perduci non potuiſſet, niſi eodem conſilio recta, & aucta fuiſſet. Quocirca Themiſtocl. aut non fuiſſet, aut Remp. quam ſeruaret, non habuiſſet. Quod ille ea uictoria ſemel fecit, Areopagus uerò ſæpiſſimè, & cum nondum eſſet Themiſt. & poſtquam deſijt eſſe. Vicit igitur Them. Perſarum regem arte ſua ille quidem, ſed conſilio adiutus Solonis, quare præclarius eſt, hoc, quàm illud, nam ut Ariſto. ait in poſterioribus reſolutionibus ἀεὶ δι' ὃ ὑπάρχει ἕκαστον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει, id eſt id ſemper magis eſt propter quod unum quodq; eſt. Quid eſt igitur, cur Cælius Ciceronem reprehendat? quid eum moueat nomen Themiſtoclis? & ſcire debet Athenis longè plures fuiſſe Them. quàm Solones. Et ducem illum Græciæ, nunquam optaſſe ut Aiacis ſimiles decem haberet: at Neſtoris. quòd ſi accidiſſet non dubitabat quin breui Troia eſſet peritura. lege de Sen. At cur primum argumentum non refutauit? Nam ſi concedit

Areopagitas ſemper ciuitati profuiſſe, tantum uerò ſemel Them. duram prouinciam ſuſcepit, ſi negat, cur non diluit? ſin uerò contemnit, ignorat diſputandi rationem, nec ſatis intelligit, quæ ſit argumenti cuiuſque uis. Stratagemmata *uerò, quæ narrat, tum fortitudinem, ſolertiam, ſtrenuitatem uiri confitentur omnes fuiſſe maxima.* Neq; *eſt quiſquam, qui laudem illius uictoriæ præſtantiſſimo uiro detrahat, qua illi communi conſenſu tota Græcia conceßit.* Neq; *Mar.* Tullius *laudem illius cum laude* Solonis *contuliſſet, niſi maximam eam iudicaſſet.* Quid *arma Cæl. comparat cum toga? non'ne* Cicero C. *Cæſari declarauit in armis militum uirtutem, locorum oportunitatem, auxilia ſociorum, commeatus, multum iuuare? non'ne maximam partem quaſi ſuo iure fortunam ſibi uendicare? & quicquid proſperè geſtum eſt, id penè omne ſuum ducere? at uerò illius gloriæ, quàm ſua ſapientia uiri graues conſequuntur, ſocium habent neminem.* Non enim *temeritas fortunæ cum ſapientia commiſcetur.* Quare *nemo unquam dixit fortunatum* Solonem, Lycurgum, Socratem, *Lælium, Catonem, contra fortunatum* Alexandrum, *Annibalem, Cæſarem, Syllam,* Them. *& deniq; maximos quoſq; duces.* Labores *caſtrenſes ciuilibus eſſe grauiores concedimus.* Ergo *nobiliores? negamus.* Nam *etiam nautæ, & in ergaſtulis durioribus laboribus torquentur homines, quàm qui togati grauißimas ſententias in* Senatu *dicunt, & ſapientia ſua* Remp. *optimè gubernant.* Quare *non quantum corpore quiſq; poßit, ne boues etiam cum ſapiente conferantur, ſed quantum ingenio, & prudentia proſit ponderandum eſt.* Nam *ut corporis ſeruitio, & animi imperio utimur, ſic militum laboribus, &* Ducum, *Senatus autem conſilio utimur.* Nec *uerò* Ciceronem Ciceronis *autoritate confutare nitatur* Cælius, *nam*

nam certior eſſe cuiq; debet eius mens, ubi de Philoſophia ſcribit, quàm ubi reum, de cuius dignitate, atq; adeo ſalute agitur, defendit. Nam, *ut de officijs autoritate Panætij confirmat, iudicis eſt in cauſis ſemper uerum ſequi. Patroni uerò nonnunquam ueriſimile, etiam ſi minus ſit uerum, defendere.* Qui *porrò negare audeat, eandem ferè cauſam ab iiſdem oratoribus aliàs aliter agi oportere? Laudet igitur Cælius quantumlibet eloquentia Ciceronis labores militares, de illis eiuſdem iudicio, nemo dubitet Senatoriam ſapientiam præferre.*

DECIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

PR*udentia apud Ariſtotelem, inter uirtutes architectonicæ locum obtinet: utpote quæ cæteris imperet, & reliquas moderetur. Ob id Socrates, omnes uirtutes prudentiæ nomine appellabat: quam ſententiam Ariſtoteles in moralibus arguit.* Non *enim omnis uirtus prudentia eſt: ſed nulla uirtutum eſt ſine prudentia.* Plato *in Legibus prudentiam oculum, iuſtitiam pulchritudinem, temperantiam, ſanitatem, fortitudinem, manum animi uirtute inſtituti eleganter nuncupabat.*

IACOBVS GRIFOLVS AD *decimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

DE *prudentia nobis uſu ſæpe uenit, ut diſputamus: nunc autem quia Cælius apud Ariſtot. inquit eam inter uirtutes architectonicæ locum obtinere, atq; id nonnullis fortaſſe uidebitur contra* M. Tullium *diſcerniſſe, demonſtrabimus ſpero & quæ nam ſit philoſophi ſententia, &*

eam Ciceroni contrariam non eſſe. Architecton igitur, quem nos dictione quidem Græca, forma uerò Latina *dicimus* Architectum, *princeps fabrorum eſt, et præeſt alijs, & dat ædificandi leges. Quare per translationem Ariſt. illas artes, quæ præſunt alijs* Architectonicas *appellat, ut in primo* Ethicorum *patet, & in ſexto, cum prudentiam rerum uniuerſalium ſecundum* Euſtratium Architetonicam *appellat. Ac iterum idem paulò pòſt ait partes eius perſequens, ciuilem, & prudentiam idem eſſe genere, differre uerò ſpecie. Quarum prudentia, quia in primis propria commoda procurat, & quia uulgò is ſolus uidetur eſſe prudens, qui optime ſuis rebus conſulit, ſola nomen generis retinuit. Altera uerò, cum totius ciuitatis curam ſuſcipiat, ciuilis nuncupatur. Hæc autem eſt duplex.* Nanq; *ut princeps leges condit, & præcipit alijs, legiſera uocatur. Altera uerò pars communi nomine ciuilis dicitur.* Illi *enim ſingulæ res ciuitatis curæ ſunt, & ſuis penè manibus omnes adminiſtrat.* Inter *quas* Architectonicam *eam eſſe partem dixit, quàm legiferam nominauit.* Vel *dicamus, quia prudentia politica, œconomica, &, ut ita dicam, perſonalis eſt, & tertia ſecundæ, utraq; uerò primæ, ut principi, ſubijcitur, hæc* Architectonica *iure debet appellari.* Sic *utraq; nimirum ratione obtineri mihi uideor, non prudentiam genus, ſed aut uniuerſalem, aut legiferam ſpeciem principem eſſe non uirtutum, ſed aliarum prudentiæ formarum.* Hic *equidem non uideo quid contra* M. Tullium *eſſe uideatur.* Niſi *quicquid ille tacuit, quod ab Ariſt. dictum ſit, id omne contra eum eſſe ſtatuamus. At* Cicero *ut alibi diximus, non profeſſus eſt in libris illis ſe uirtutum uim demonſtraturum, ſed potius quæ nam ex ſingulis officia duci oporteret.* Id *quod ſemper, & copioſè fecit.* Illud *uerò pro ut neceſſi-*

tas rei poſtulabat. Nam *quod uirtutem eſſe nullam ſine prudentia ſcribit* Ariſt. *mirè cum* Cicercne *conuenit.* Eſt *enim apud eum hoc uelut axioma,uirtutes omnes cum prudentia coniunctas eſſe.* Vt *in quinta* Tuſculana, *per eam quæ inducta eſt, perſonam expreſsit his uerbis. Si enim nulla uirtus prudentia uacat, prudentia ipſa hoc uidet, &c.* Hic *Ariſtotelis ore quaſi locutum Ciceronem uidemus, nec ab eiuſdem oratione hæc in libris de* Fin. *uidentur aberrare. omnibus artibus eam attributam eſſe uolumus, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; artificio præſunt, debent habere.* Ergo *prudentiam ſordidis artificibus ponet eſſe neceſſariam, in munere uerò iuſtitiæ, aut moderationis, aut fortitudinis cenſebit ſine prudentia nos uerſari? at hic fortaſſe dicet aliquis, prudentia communis pro diligentia poſita eſt.* Fateor, *ſed diligentia aut prudentia eſt, aut ſoror prudentiæ.* Quare *confundit eas uſu* M. Cicero *cum alibi, tum in ſecundo libro de* Orat. Vbi *de inuentione agit.* Antonius *qui percurrret eum locum hoc etiam de diligentia ſcriptum reperiet,reliqua,ſunt in cura,attentione animi, cogitatione,uigilantia,aſsiduitate, labore.* Complectar *hoc uno uerbo, quo ſæpe iam uſi ſumus,diligentia, qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ continentur.* Vides'ne, *quæ propria ſunt prudentiæ, tributa hic eſſe diligentiæ? quid, quòd ea reliquæ uirtutes omnes continentur? hoc eſt alienum à prudentia? ſentit idem ergo* Cicero *de prudentia,quod* Ariſtoteles, *ſed haud ſcio an etiam plus ei tribuerit.* In *partitionibus uerò diuiſione prudentiæ fere ſimili uſus eſt* Ariſtotelice *dicens eam in ſuis rebus domeſticam, in publicis uerò ciuilem appellari ſolere.* Vbi *tertiam omiſit,quæ ad unicam perſonam uidetur attinere.*Nam *ea cura,quæ unius imprimis commoda tuetur*

moralis potius uidetur, quàm ciuilis appellanda. Nam quòd oculum eſſe animi prudentiam Plato dixit, non eſt contrarium Ciceroni, quippe qui memoriam, intelligentiam, & prouidentiam partes eſſe prudentiæ teſtatur. Hæc enim præterita recordatur, præſentia perſpicit, & proſpicit futura. Vt non magis Plato, quàm Cicero prudentiam oculum appellare uideatur, ſed etiam Ariſt. Videt hunc oculum. Qui in ſexto Ethicorum uirtutem illam prudentiæ, quam δύναμιν ipſe uocat, quæ nihil eſt aliud quàm naturalis quædam habilitas, hanc inquam naturalem uim perſpiciendi oculum appellat, qui morali uirtute impreſſione prudentiæ perficitur. Ex quibus facilè perſpici poteſt laudem Ciceronis cum Ariſt. & Platonis laude coniungi oportere.

VNDECIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Dvplex omnino iocandi genus. Vnum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum: alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum. Quo genere non modo Plautus noſter, & Atticorum antiqua Comœdia, ſed etiam philoſophorum Socratici libri referti ſunt. De iocis Plautinis ſtat Horatius aduerſus Ciceronem.

At noſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales: nimium patienter utrunq;,
Ne dicam ſtultè, mirati. Si modo ego & uos,
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Si detur tamen mihi liber iudicandi locus, in Ciceronis malim quàm Horatij ſententiam deſcendere. Nam multorum mihi & ſalis & fellis, & facetiarum & ſcommatum habere uidetur Plautus, iocisq; et perſonis pulcherrimè inſeruire. ut mirari ſubeat Horatium, grauiſſimi alioqui iudicij

dicij ſcriptorem, tam iniquè ſuper iocis Plautinis decidiſſe: quod ſatis conſtet, eum imitatum eſſe Siculum Epicharmum, quem Cicero in quadam ad Atticum epiſtola uafrum appellat. Et ſanè conſtat, Siculos homines ad ioca & dicta multum acuminis habuiſſe. Nec profectò uidetur Horatius hoc ignoraſſe, quum dixit:

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi

Dicitur. Mouet me quoque Varronis autoritas, qui in cenſura comœdiarum Plautinarum non alio ferè argumento uſus eſt, quum eas à ſuppoſititijs ſecerneret, niſi quod quæ iocis & luſibus redundarent, eas incunctanter omniq; abdicata dubitatione Plautinas pronuntiabat. Adde quòd in hoc genere longè plus fidei Ciceroni, quàm Horatio haberi par eſt: utpote quum Ciceronis iocos collegerit, & in aliquot uolumina digeſſerit Tyro libertus, ſi credimus Quintiliano.

IACOBVS GRIFOLVS AD undecimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

DE iocis Plautinis ſtat Horatius, inquit Cælius aduerſus Ciceronem. Verùm Cælius in communi multorum errore meo quidem iudicio uerſatur. Putat enim Horatius abſolutè numeros, & ſales Plautinos uituperare. ſed ut dixi fallitur cum multis. Nam ſi rectè iudicium Horatij conſideretur, numeros, & ſales Plauti cum Poëtis Græcis comparatos reprehendit, præfert autem comicis & tragicis Latinis. Nanq; illius iudicium Latinos ſemper negligentiæ criminus damnauit. Quare Nec uirtute foret, inquit, clarisúe potentius armis, Quàm lingua Latium, ſi non offenderet unum Quenq; poëtarum limæ labor, & mora. Vos ò Pom-

pilius ſanguis carmen reprehendite, quod non Multa dies, & multa litura coërcuit, atque Perfectum decies non caſtigauit ad unguem. Et in ſecundo Ep. inquit *Senis enim Græcis admouit acumina chartis, & poſt Punica bella quietus quærere cœpit quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchilus utile ferret. Tentauit quoque rem ſi digne uertere poſſet, & placuit ſibi natura ſublimis, & acer, nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet. Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.* Contrà uerò *graijs,* inquit, *ingenium, graijs dedit ore rotundo muſa loqui præter laudem nullius auaris.* uolens igitur hoc uitium negligentiæ corrigere noſter Flaccus, & Piſones monere ut id penitus cauerent. Ait *in ſcenam miſſos magno cum pondere uerſus, aut operæ celeris nimium, curaq; carentis, aut ignoratæ premit artis crimine turpi.* Hic ſubiecta perſona non expectans dum Horatius iudex proferret, nam id eſt ſuppoſitum uerbi premit, ſtatim obijcit, *non quiuis uidet nec modulata poëmata iudex, & data Romanis uenia eſt indigna poëtis.* Cui poëta reſpondet, idcirco ne uagere. Quia non quiuis iudex immodulata poëmata uidet? *ſcribam'ue licenter? quamuis data Romanis uenia ſit indigna poëtis, an omnes uiſuros peccata putem mea, tutus & intra ſpem ueniæ cautus?* quòd ſi nec incuria animaduertitur, nec licentia reprimitur, quid tandem conſequar? *uitaui denique culpam, num laudem merui?* at culpa ſimul uitanda eſt, & laus quærenda, quam uos ut conſequamini *exemplaria Græca nocturna uerſate manu, uerſate diurna.* Quo præcepto apertè declarauit Latinorum imitatione ad frugem ueræ laudis perueniri non poſſe, cum nullus eorum perfectus eſſe uideatur. Fuit hoc loco aliquis ex Latinis, qui uideretur optimus, obijciendus, quo confutato iure omnes reliqui, ut minores confutati uiderentur

Viſus eſt ergo Plautus is eſſe, qui ſi à Græcis uinceretur, nullus deinde ex Latinis cum illis conferendus eſſet. at quod in Plauto eſſe præcipuum uidetur, tamen cum Græcis comparatum nimium patienter admirati ſunt antiqui. Quid de cæteris Plautinis uirtutibus ſtatuendum? quid de noſtris reliquis poëtis? ex his uidemus Plautum præ Græcis improbari, præ Latinis uerò maxime probari. quem alibi quoque ita laudauit. creditur è medio quia res acceßit habere ſudoris minimum, ſed habet comœdia tanto plus oneris, quanto ueniæ minus. aſpice Plautus quo pacto partes tutetur amantis ephœbi, ut patris attenti, lenonis ut inſidioſi. Quænam igitur diſſentio de Plautinis ſalibus eſſe poteſt inter M. Tullium, & Horatium? quando uterque ut Latinum in eis maximè commendat? nam ſi Cicero cum Græcis illum contuliſſet, certæ cum Horatio ſenſiſſet, ut de ea laude, quæ Latino tribuenda eſt, ſenſiſſe iudicamus.

DVODECIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

PVlchrè Ariſtoteles in Ethicis, & Plutarchus in commentario de Virtute morali oſtendunt, inter continentem incontinentem, temperantem intemperantemq́; quid differat. Continens cum affectibus colluctatur, & uincit: incontinens reluctatur quidem, ſed uictus dolet. Contrà temperans nullam habet luctam, ſed pacatis affectibus utitur,

Vt mare tranquillum, quod nulla impellitur unda.

Intemperans uerò, ſine lucta manus dat affectibus, ſéque obſequentem ad nutum omnium uoluptatum ſponte profitetur.

TERTIADECIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Cicero trahit officium ab honeſto, ab utili: tum quomodo pugnet honeſtum cum utili, quid honeſto honeſtius, quid utili utilius explorandum proponit. At ego à iucundo quoque officium exquirendum puto. Tria enim ſunt, ob quæ quiſpiam expetit: honeſtum, utile, iucundum. Tria rurſus, ob quæ refugit: turpe, inutile, atque moleſtum. Et uirtutem facultatem eſſe, ſcribit in ſecundo Ethicorum Ariſtoteles, agendi res optimas circa uoluptatem. & Speuſippus, uoluptatem congenitam nobis atteſtatur. ob id nobis etiam maxime elaborandum eſt, ut eam moderemur. Nam medicamenta ex contrarijs conſtant. cæterum ſicut ex populari opinione utile ab honeſto ſeparamus: ita & iucundum ab honeſto atque utili iure ſeparari poteſt. Quatenus ergo ſequendum ſit quod iucundum eſt, diſquiri ex officio debet. Tum illud quoque dubitari poterit, utrum iucundius: an agriculturam exercere, an uxorem ducere, an cœlibem uitam uiuere. & ex tribus quid præſtet: cultum'ne agri, an uillaticam paſtionem, an mercaturam perſequi. Incurrit in hanc iucundi mentionem Cicero, nolens, aut certè aliud agens, in fine tertij libri de Officijs: qua admonitum miror non attuliſſe in medium, multifariam hanc atque operoſam diuiſionem, honeſtum & turpe, utile & inutile, iucundum & non iucundum, honeſtum cum utili contendens, iucundum cum honeſto decertans, iucundum cum utili depugnans. Quæ ſexcuplex erit diuiſio. Quòd ſi honeſtum & honeſtius, & utile & utilius, iucundum & iucundius addamus: iam ad nouenarium uſque numerum procedet diuiſio.

IACO

IACOBVS GRIFOLVS AD Tertiam decimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

CIcero trahit officium ab honeſto, ab utili, tum quomodo pugnet honeſtum cum utili, quid honeſto honeſtius, quid utili utilius explorandum proponit. At ego à iucundo quoq; officio exquirendū puto. Si Cælius quid hic honeſtum ſit apud Marcum Tullium dicere uoluiſſet, rectius certe locutus eſſet. Nec officium à iucunditate ducere uoluiſſet. Nam falſum eſt primum, ut hic ait, Ciceronem officium trahere ab honeſto, & ab utili, cum hoc honeſtum, ut iam ſatis multis declaratum eſt, officium ſit. officium enim & id, unde duceretur, idem eſſet, quo nihil abſurdius. ſed hoc eſt ſecundum illud honeſtum, quod habet ſimilitudinem quandam ueri, & perfecti honeſti. Falſum eſt præterea quod in noſtris actionibus honeſtis iucundum ſequi debeamus. uerùm de hoc mox dicemus. Nunc redeo ad honeſtum. Quod igitur in deliberationem cadit, & honeſtum ne an turpe factu ſit, quæritur, id eſt, quod nobis cum ratione faciendum proponimus. Id autem nobis ſatis erit, ſi honeſtum eſſe intelligatur. Nam idem utile, atque iuſtum eſſe neceſſe erit, ut in ſecundo de off. autoritate multorum philoſophorum Cicero confirmat. Neque eſt ulla ratio, qua ſecundum Stoicos utile diſtrahatur ab honeſto. De qua re in eodem copioſe diſputatur, in tertio uerò hæc inter ſe pugnare nullo modo poſſe. Cur igitur ea Panætius, & poſt eum Cicero partitione ſua diuiſerunt? quia more uulgi loquendum fuit, ut imperitorum error inde tolleretur. Deinde quamuis alterum ab altero non ſeparetur, cogitatione tamen ſeparari poteſt & diuerſam rationem habet. ſed quærat quiſq; quantum libet, nunquam reperiet ubi ſit ea utilitas, quam Cicero & Panætius intelligunt,

ligunt, ibidem ſimul eſſe poſſe turpitudinem. Neque *uerò deliberanda ſunt ea, in quibus non honeſta ſit deliberatio. Vbi autem ſit honeſtas, ibi iuſtitia ſit neceſſe eſt. At honeſtæ actiones noſtræ aliàs mihi uidentur emolumenti aliorum habere rationem, aliàs & noſtri ſimul, & aliorum, aliàs ſine cuiuſquam iniuria noſtri tantum. Quoniam uerò quæ proſpera nobis, & commoda ſunt, ea magis ſentimus, factum eſt conſuetudine quadam ut hæc utilia præcipuè nominentur. Cum'que propria utilitas plerunque perturbet rationem, docuerunt doctiſſimi uiri quemadmodum ſeruata honeſtate utilitatem quiſque ſuam quærere uideatur.* Id *quod in ſecundo de offic. libro Cicero perficit.* Vt *autem omnis ambiguitas tolleretur, in tertio diſcernit utile cum honeſto pugnare non poſſe.* Iam *uidemus, niſi fallor, cur grauiſſimi uiri ſe iungere partiendo uideantur, quæ ſemper coniuncta ſunt. Sed uoluptatis, & iucundi Cicero nullam unquam rationem habuit. Nam in tertio de officijs nihil unquam dixit, quòd ad Cælij calumnias poſſit accommodari. Quid ita? quia alia eius ratio, alia fuit Ariſtotelis. Huius enim ſtudium id erat in ea parte, ubi tertia eſſe dixit, quorum cauſa quiſquam aliquid expeteret.* Vt *oſtenderet illos eſſe compotes uirtutis, qui cum gaudio et uoluptates aſpernerentur, & pericula ſubirent. Cum'que multis de re illa diſputaſſet, addidit etiam illud, quod uirtutis experientia in eo maxime uerſatur, quod omnibus humanis bonis eſt commune. Cum uerò, quæ ut bona humana expetuntur, ſint omnino tria, honeſtum, utile, & iucundum, atque ijs omnibus communis ſit uoluptas, conficitur uirtutem in moderanda uoluptate aſſiduè uerſari. Nam aut confuſam uoluptatem cum honeſto, & utili cogimur expetere, aut ſine his ferinam. Ne igitur nos aut illa nimium trahamur, aut*

hac

hæc funditus perdamur, uirtute ſemper repugnandum eſt. Atque hoc erat Ariſt. propoſitum. Cicero uerò non ſigna confirmatæ iam uirtutis, atque conſtantis quærit, nec quæ ſint nobis expetenda docet, ſed quæ ſint officia, quæ neque turpitudinem, neque incommodum ullum habeant. Nam quicquid alterum horum habeat, contrà officium eſt. Quo igitur pacto cum eo iucundo miſcebitur officium, quod ſine honeſto atque utili ſciamus eſſe? relinquitur ut honor & gloria, quæ ex honeſtis actionibus conſequitur, iucunda ſit, uerum illius cauſa nihil agendum Stoici confirmant. Sed ob ipſum tantum honeſtum laborandum: quod quidem multis in locis Cicero teſtatur. Quare in officio colendo nemo ullius iucunditatis rationem habet, ſi præceptis pareat Stoicorum. Sed & ipſe Ariſt. ubique monuit eam uoluptatem fugiendam eſſe, quæ ſeiuncta eſſet ab honeſtate, nec eam, quæ inſita eſt in re honeſta, ſequendam potius, quàm ipſam honeſtatem ſtatuit. Quare nouenarius ille diuiſionis numerus Cælio relinquatur.

DECIMAQVARTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

VT enim uenuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à ualetudine, ſic hoc de quo loquimur decorum, illud totum quidem cum uirtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtinguitur. Generale quoddam decorum in omni honeſtate: aliud huic ſubiectum, quod ad ſingulas honeſtatis pertinet partes. Non negauerim eſſe quoddam decorum, in uniuerſum per uirtutes perfuſum: quoddam rurſus particulare, ad ſingulos actus priuatos pertinens. Sed prius illud in natura abſconditum eſt, & ratione magis quàm ſenſu dignoſci

rari poſsit. Cum uerò utriuſque definitionem ſubieciſſet, hæc ita, inquit, intelligi à philoſophis poſſumus exiſtimare, ex eo decoro, quod poëtæ ſequuntur. Sed quoniam uix de ulla re Cicero poteſt adeo diligenter ſtatuere, quin Cælij, nimium rotundas aures, aut nimium emunctas nares offendat, hoc quoque in loco peccaſſe Cælio uidetur. Quare non negauerim, inquit, eſſe quoddam decorum in uniuerſum per uirtutes perfuſum, quoddam rurſus particulare ad ſingulos actus priuatos pertinens. Quid ſi negaret? num melius hoc, quàm id, quod negat? ait enim, ſed prius illud in natura abſconditum eſt, & ratione magis, quàm ſenſu dignoſci poteſt. Sint omnia uniuerſalia, quæ ſenſu percipi non poſſunt: Priuatum autem hoc alterum mihi uidetur locis, temporibus, perſonis, alijsq; delectibus circunſcribendum eſſe, non quidem more poëtarum, apud quos turpes ſententiæ laudantur, cum ſunt turpibus perſonis attributæ, ſed ciuilis cuiuſdam modeſtiæ reſpectu. Multa hic ſunt inſignia peccata Cælij. Primum, quòd non tam contra rationem logices, quàm contra naturam ipſam negat omnia, quæ re accidunt generi, eiuſdem partibus accidere. Igitur oſtendat mihi uelim, quæ ſpiritus animalis inueniri queat, quæ, ut animal eius genus, non ſit ſubſtantia animata cum ſenſu. Quòd ſi nec arte, nec natura id poteſt fieri, cur ſi decorum ipſum uniuerſale fatetur cum uirtute confuſum eſſe, ut re ſeparari non poſsit? quæ uerò pars eſt decori, eam à uirtute re ipſa diſiungere conatur? An id decorum, quod eſt cum iuſtitia coniunctum, ſeparabitur à iuſtitia? minimè quidem, nam ſimul oritur utrunq;, & ſimul occidit, quamuis ratione ſint diuerſa. Quid eſt igitur cur definitiones Stoicorum improbet? qui genus decori eſſe finiunt, quod conſentaneum ſit

hominis excellentiæ in eo,in quo natura eius à reliquis animantibus differt. Differt aũt ratiõe,hominis ergo excellentia eſt ipſa ratio. At quid poteſt cum ratione fieri,quod abhorreat à natura? rurſus ſecundum naturam eſſe nihil poteſt,ut idem ait in Tuſc. quod fit repugnãte ratione. Quare pars decori quod ita eſſe naturæ conſentaneum definit, ut in eo moderatio, & temperantia cum ſpecie quadam liberali appareat, nimirum eſt hominis excellentiæ, id eſt, rationi conſentanea. Niſi à ratione diſſentire temperantiam dicamus. Perſpicuum eſt igitur in ſpecie decori definitionem generis conuenire. Sed illud fortè Cælium commouit, quod in parte decori apparere dixit moderationem, & temperantiam oportere. Vbi aduertendum eſt, hic de hac ipſa uirtute diſputari, quam pro differentia in ea definitione poſitam uidemus. Vel melius,quando Stoicorum eſt ea definitio, ſciendum eſt decorum præcipuè ad modeſtum, & temperatum uirum pertinere. Quare non ita multò pòſt inquit, nobis autem cum à natura conſtantiæ, moderationis,temperantiæ,partes datæ ſint,cumq; eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos aduerſus homines geramus, efficitur ut & illud, quod ad omnem honeſtatem pertinet, decorum quàm latè fuſum ſit, appareat, & hoc,quod ſpectatur in uno quoq; genere uirtutis. Rurſus, ſequemurq;, inquit,& id,quod ad hominum ſocietatem accommodatum, & id quod uehemens, & forte. Sed maxima uis decori in hac ineſt parte, de qua diſputamus. Ex his decorum uides eſſe quoddam ut genus pertinens, ſimul ad omnes uirtutes, et eius partes,quarũ ſingulæ ad ſingulas uirtutes ſpectant. Tum illius uim maximam ineſſe in temperantia, & moderatione,& ideo eas in primis in illa definitione complexus eſt. Sed ut ueniamus aliquando ad circunſcriptionem Cælij,

quæ

quæ ex locis,temporibus, perſonis,& alijs delectibus conſtat, ſcire uelim cur hic locum,& tempus tanquam duo ſint, & ea diuerſa, ponat. Cum in hoc ipſo libro ex Stoicorum definitione Cicero locum eſſe dicat actionibus, oportunitatẽ temporis, tempus aũt actionis,oportunum εὐκαιρίαν Græcè, Latinè occaſionem appellari: eſt ergo locus pars quædam temporis, pars autem in ſuo genere ſemper ineſt, quam ille neſcio qua ductus ratione ſeparat. Sed uideamus nunc uſum,quàm ſit eius definitioni conſentaneus. Cicero in Orat.ſuo inquit, alteri cum domeſticum tempus in cognoſcendis componendiſq; cauſis, forenſe in agendis,reliquum in ſe ipſis reficiendis omne conſumerent, quem habebant aut inſtituendi, aut docendi locum? & epiſtolam loco reddere dixit in epiſtolis, ſic inuenies quàm ſæpiſſimè uſu & definitione locum pro tempore oportuno poni. Neq; uerò hic,ut apud rhetores coniecturis agitur, Vt ex natura, & oportunitate loci aliqua res geri potuiſſet, aut non potuiſſe uideatur. Quare illi conſiderent an oportunitas loci fuerit ad negotium tranſigendum. Conſiderent præterea tempus ut ſpatium, & occaſionem, ut temporis oportunitatem, quibus conijciant idoneam fuiſſe occaſionem rei alicuius agendæ uel non agendæ facultatem. Nanq; aptè, uel ineptè, res geſta ſit apud eos nihil refert,tantum enim factum'ne ſit quærunt. Philoſophi uerò an aptè, & cum decoro, in quo ſeruando ſatis eſt temporis congruitatem,& idoneam oportunitatem obſeruare. Non enim aliter decore aut dici, aut fieri quicquam poteſt. Decorum igitur non ſpatio temporis, aut ex natura,& qualitate loci cõſideratur. Nanq; utcunq; aliquid ineptè fecerit,neq; loci,neq; tẽporis excuſatio accipietur. Quandocũq;,& ubicunq; decenter egeris,ut oportuerit egiſſe diceris.Hæc autem oportunitas modo locus,mo-

do tempus,ut oſtendi,nuncupatur. Quocirca M. Tul. *longè melius,quàm* Cæl.*officia reperiri dixit, cum quæritur quid deceat,& quid aptum ſit perſonis,temporibus,& ætatibus.* Sed hoc eſt tertium,quod à Cæl. *requiro, cur hos delectus eſſe uelit, atq; decorum his delectibus contineri.* Non enim *perſonarum,aut temporum, aut ætatum,uel ut ille uult,locorum delectus haberi debent,ſed earum rerũ:quæ his aptæ ſint, ut eorum conuenientia ſeruetur.* Nam *moderationis, iuſtitiæ, fortitudinis finibus decorum circunſcribi decet.* Extra *quorum terminos ſine macula turpitudinis uagari non poſſumus.*Ergo *quid deceat,& aptum ſit perſonis,temporibus,& ætatibus,rectè dixit* M. Tullius *cui Cælium decuiſſet aſſentiri,ne ſimul tam multa,& tam fœde peccaſſet, dum locis,& perſonis,& temporibus,reliquiſq; delectibus ſpeciem decori circunſcribit. Sed qui nam ſunt reliqui delectus.* Nam *hoc eſt quartum, quod ab eo uelim perdiſcere.* Equidem *nec plures eſſe reor, quàm* Cicero *poſuerit, nec eos quos* Cæl. *poſuit ut oſtendi delectus appellari. Sed his ait ille partem decori circunſcribendam, more uerò poëtarum negat, quaſi* Cicero *in eo lapſus ſit,ſed hoc eſt falſum.* Non *enim hic* M. Tul.*circunſcribit decorum more poëtarum. Sed exiſtimat ex illorum decorum quale philoſophorum eſſe debeat in ratione uitæ perſpicere.* Nec *uerò poëtas ita probet in hac parte, ut in ulla perſona turpitudinem ſententiarum laudet.* Inquit *enim, ſed poëtæ quid quenq; deceat ex perſona iudicabunt.*Nobis *autem pro natura impoſuit ipſa natura magna cum excellentia,præſtantiaq; animantium reliquorum,& quæ ſequuntur:ubi* Cicero *oſtendit poëtas non ſequi decorum naturæ ut philoſophi ſolent, ſed quid moribus & inſtitutæ uitæ rationi cuiuſq; conueniat.* Qui *quidem locus uehementer miror cur Cælium non ad-*

monuer

monuerit, ne tam leuiter Ciceronem reprehenderet. At quàm ipſe conſtanter improbet poëtas, cum exemplo poëtarum ſua mox confirmet, iudicent alij. Sic enim inquit. Egregius minus animaduertere debet, quid ſuæ perſonæ conſentaneum ſit. Quid Cælio cũ mimis? qui more poëtarum minimè decorum circunſcribit? non quia delectus eſt habendus in poëtis? quid? hoc ille melius quàm Cicero? at nec alius quiſquam, nec ipſe Cælius hoc auderet dicere, ſi paulò diligentius eum locum reguſtaret. Illud autem me fateor non intelligere, cur differentiam illam iuſtitiæ, atq; uerecundiæ aut ad minus idoneam perſonam, aut ad ineptam exortationem Cælius retulerit. In quibus quidem qui peccant, inepti potius dicuntur, quàm impudentes, quales ſunt immodeſti, & inconſtantes, & diſſoluti. Cùm igitur de modeſtia, continentia illic agatur, negligere inquit Cicero, quid de ſe quiſq; ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam diſſoluti. Eſt autem quod differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam, & uerecundiam. Nam iuſtitiæ partes ſuas non uiolare homines, ut faciunt arrogantes, uerecundiæ non offendere, ut diſſoluti. Violatur quidem homo cum eius fortunæ, aut corpori, aut exiſtimationi aliqua uis affertur. Offenditur autem morum alicuius obſcœnitate, & turpitudine, à qua boni uiri animus abhorret. Verecundia uerò cuſtos eſt uirtutum omniũ dedecus fugiens, laudemq; maximè conſequens. Quare Sophocles rectè inquit, uerecundia in eadem ſede cum Ioue coniuncta eſt. Reuereri autem homines eſt quod αἰδεῖσθαι ſuo nomine Græci dicunt, hoc eſt pudore, & timore turpis alicuius notæ conſpectu, aut etiam conſcientiam hominum proborum quadam cum uerecundia timere. Ex quo fit ut nec iniuria, nec turpitudine quenquam offendamus. Quare Cicero adhibendam eſſe inquit reuerentiam quandam ad-

uerſus homines, & optimi cuiuſq; & aliquorum, ut exiſtimatio noſtra apud omnes integra ſeruetur. Quæ uel per iniuſtitiam, uel per incontinentiã perdi ſolet. At ſi Cæl. Ciceronis ſententiam ex ipſius uerbis potius, quàm ex ſuis coniecturis elicere uoluiſſet, nõ tam longè à ueritate aberraſſet.

DECIMAQVINTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

CIcero & hîc & alibi multis locis dicit, nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem. credo ex ea ratione, quia natura ſemper bonum appetit: & quanto quodq; bonum maius eſt, eo magis appetitur. Nihil autem uirtute melius: nihil ergo à natura magis appetitur, quàm uirtus: & hæc ratio quidem apud me plurimum pollet. Sed contrà Ariſtoteles uirtutem in parte irrationali uerſari ſcribit, & naturalibus affectibus, uoluptati præſertim obluctari. Eius rei argumentum eſt, quòd nemo natura uirtute præditus inuenitur, ſed longa omnes exercitatione. In his enim, quæ à natura proficiſcuntur, non opus eſt exercitatione, ſed protinus natura duce ea amplexamur. Sic ridemus, ſic ambulamus natura ſponte: nec ut his in rebus meditemur, opus eſt. At in his quæ ad uirtutem ſpectant, longa aſſuetudine & crebris actibus opus eſt. Hinc ſcilicet emanauit uetus illa & digna memoratu ſententia, ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον ἡ συνήθεια δ' ἥδιστον ποιήσει : *Elige optimum genus uiuendi, ſuauiſſimum id reddet aſſuetudo. Deniq; communis eſt philoſophorum aſſertio, uirtutem non naturalem, ſed nec præter naturam eſſe. Teſtimonium reddit huic opinioni Plato in Gorgia,* ὡς τὰ πολλὰ γὰρ ταῦτά φασιν ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν, ἥτε φύσις καὶ ὁ νόμος : *Vt plurimum enim hæc ut aiunt contraria ſunt inuicem, lex ſcilicet &*

natura, ob id & beatus Paulus teſtatus eſt ſe habere aliam legem dominantem membris ſuis, & menti ſuæ repugnantem.

IACOBVS GRIFOLVS AD decimamquintam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

QVod ſæpe M. Tullius affirmet nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem, Cælius hanc eſſe cauſam ſuſpicatur, quòd natura ſemper bonum appetit, & quanto quodq; bonum eſt maius, eo magis appetitur, nihil autem uirtute melius, nihil ergo à natura magis appetitur, quàm uirtus. Et hæc, inquit, ratio apud me plurimum pollet. Sed contra Ar. &c. Ex hac autem appetitione inferre Cælius uidetur ex Cic. ſententia nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem, quod meo quidem iudicio falſum eſt. Neq; enim Cicero ob eam cauſam uirtutem dicit naturæ conſentire, neq; naturæ conſentaneum quicquam eſt, quia ut bonum appetitur ab illa: Sed contrà bonum appetitur à natura, quia eſt ſibi conſentaneum. Non enim quod bonum eſt per ſe cuiuſuis naturæ mouet appetitum, nam ſic etiam pecudes appeterent uirtutem. Sed unaquæq; res id bonum appetit, quod ſibi aptum, & accommodatum eſt, quod ſi tollas hanc aptitudinem, & conſentaneam rationem, iam id non erit ulli rei bonum, quare ipſum eſſe conſentaneum non efficit illud quidem, ut res ulla bona ſit, nam ea poteſt eſſe per ſe bona, ſed tamen efficit ut certæ rei bona ſit, ex quo fit, ut uirtus, quoniam eſt conſentanea hominis naturæ, ſit illius bonum, & propterea optatur. Vnde M. Tullius in quarto de fin. Peripateticos dicere teſtatur, appetitionem animi moueri, cum aliquid ei ſecundum naturam eſſe uideatur.

ligunt, ibidem ſimul eſſe poſſe turpitudinem. Neque uerò deliberanda ſunt ea, in quibus non honeſta ſit deliberatio. Vbi autem ſit honeſtas, ibi iuſtitia ſit neceſſe eſt. At honeſtæ actiones noſtræ aliàs mihi uidentur emolumenti aliorùm habere rationem, aliàs & noſtri ſimul, & aliorum, aliàs ſine cuiuſquam iniuria noſtri tantum. Quoniam uerò quæ proſpera nobis, & commoda ſunt, ea magis ſentimus, factum eſt conſuetudine quadam ut hæc utilia præcipuè nominentur. Cum'que propria utilitas plerunque perturbet rationem, docuerunt doctiſſimi uiri quemadmodum ſeruata honeſtate utilitatem quiſque ſuam quærere uideatur. Id quod in ſecundo de offic. libro Cicero perficit. Vt autem omnis ambiguitas tolleretur, in tertio diſcernit utile cum honeſto pugnare non poſſe. Iam uidemus, niſi fallor, cur grauiſſimi uiri ſe iungere partiendo uideantur, quæ ſemper coniuncta ſunt. Sed uoluptatis, & iucundi Cicero nullam unquam rationem habuit. Nam in tertio de officijs nihil unquam dixit, quòd ad Cælij calumnias poſſit accommodari. Quid ita? quia alia eius ratio, alia fuit Ariſtotelis. Huius enim ſtudium id erat in ea parte, ubi tertia eſſe dixit, quorum cauſa quiſquam aliquid expeteret. Vt oſtenderet illos eſſe compotes uirtutis, qui cum gaudio et uoluptates aſpernerentur, & pericula ſubirent. Cum'que multis de re illa diſputaſſet, addidit etiam illud, quod uirtutis experientia in eo maxime uerſatur, quod omnibus humanis bonis eſt commune. Cum uerò, quæ ut bona humana expetuntur, ſint omnino tria, honeſtum, utile, & iucundum, atque ijs omnibus communis ſit uoluptas, conficitur uirtutem in moderanda uoluptate aſſiduè uerſari. Nam aut confuſam uoluptatem cum honeſto, & utili cogimur expetere, aut ſine his ferinam. Ne igitur nos aut illa nimium trahamur, aut

hac

hæc funditus perdamur, uirtute ſemper repugnandum eſt. Atque hoc erat Ariſt. propoſitum. Cicero uerò non ſigna confirmatæ iam uirtutis, atque conſtantis quærit, nec quæ ſint nobis expetenda docet, ſed quæ ſint officia, quæ neque turpitudinem, neque incommodum ullum habeant. Nam quicquid alterum horum habeat, contrà officium eſt. Quo igitur pacto cum eo iucundo miſcebitur officium, quod ſine honeſto atque utili ſciamus eſſe? relinquitur ut honor & gloria, quæ ex honeſtis actionibus conſequitur, iucunda ſit, uerum illius cauſa nihil agendum Stoici confirmant. Sed ob ipſum tantum honeſtum laborandum: quod quidem multis in locis Cicero teſtatur. Quare in officio colendo nemo ullius iucunditatis rationem habet, ſi præceptis pareat Stoicorum. Sed & ipſe Ariſt. ubique monuit eam uoluptatem fugiendam eſſe, quæ ſeiuncta eſſet ab honeſtate, nec eam, quæ inſita eſt in re honeſta, ſequendam potius, quàm ipſam honeſtatem ſtatuit. Quare nouenarius ille diuiſionis numerus Cælio relinquatur.

DECIMAQVARTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

VT enim uenuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à ualetudine, ſic hoc de quo loquimur decorum, illud totum quidem cum uirtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtinguitur. Generale quoddam decorum in omni honeſtate; aliud huic ſubiectum, quod ad ſingulas honeſtatis pertinet partes. Non negauerim eſſe quoddam decorum, in uniuerſum per uirtutes perfuſum: quoddam rurſus particulare, ad ſingulos actus priuatos pertinens. Sed prius illud in natura abſconditum eſt, & ratione magis quàm ſenſu di-

rari poſſit. Cum uerò utriuſque definitionem ſubiecißet, hæc ita, inquit, intelligi à philoſophis poſſumus exiſtimare, ex eo decoro, quod poëtæ ſequuntur. Sed quoniam uix de ulla re Cicero poteſt adeo diligenter ſtatuere, quin Cælij, nimium rotundas aures, aut nimium emunctas nares offendat, hoc quoque in loco peccaſſe Cælio uidetur. Quare non negauerim, inquit, eſſe quoddam decorum in uniuerſum per uirtutes perfuſum, quoddam rurſus particulare ad ſingulos actus priuatos pertinens. Quid ſi negaret? num melius hoc, quàm id, quod negat? ait enim, ſed prius illud in natura abſconditum eſt, & ratione magis, quàm ſenſu dignoſci poteſt. Sint omnia uniuerſalia, quæ ſenſu percipi non poſſunt: Priuatum autem hoc alterum mihi uidetur locis, temporibus, perſonis, alijsq; delectibus circunſcribendum eſſe, non quidem more poëtarum, apud quos turpes ſententiæ laudantur, cum ſunt turpibus perſonis attributæ, ſed ciuilis cuiuſdam modeſtiæ reſpectu. Multa hic ſunt inſignia peccata Cælij. Primum, quòd non tam contra rationem logices, quàm contra naturam ipſam negat omnia, quæ re accidunt generi, eiuſdem partibus accidere. Igitur oſtendat mihi uelim, quæ ſpiritus animalis inueniri queat, quæ, ut animal eius genus, non ſit ſubſtantia animata cum ſenſu. Quòd ſi nec arte, nec natura id poteſt fieri, cur ſi decorum ipſum uniuerſale fatetur cum uirtute confuſum eſſe, ut re ſeparari non poſſit? quæ uerò pars eſt decori, eam à uirtute re ipſa diſiungere conatur? An id decorum, quod eſt cum iuſtitia coniunctum, ſeparabitur à iuſtitia? minimè quidem, nam ſimul oritur utrunq;, & ſimul occidit, quamuis ratione ſint diuerſa. Quid eſt igitur cur definitiones Stoicorum improbet? qui genus decori eſſe finiunt, quod conſentaneum ſit

q hominis

hominis excellentiæ in eo,in quo natura eius à reliquis animantibus differt.Differt aũt ratiõe,hominis ergo excellentia eſt ipſa ratio. At quid poteſt cum ratione fieri,quod abhorreat à natura? rurſus ſecundum naturam eſſe nihil poteſt,ut idem ait in Tuſc.quod ſit repugnãte ratione. Quare pars decori quod ita eſſe naturæ conſentaneum definit, ut in eo moderatio, & temperantia cum ſpecie quadam liberali appareat, nimirum eſt hominis excellentiæ, id eſt, rationi conſentanea. Niſi à ratione diſſentire temperantiam dicamus.Perſpicuum eſt igitur in ſpecie decori definitionem generis conuenire. Sed illud fortè Cælium commouit, quod in parte decori apparere dixit moderationem, & temperantiam oportere. Vbi aduertendum eſt, hic de hac ipſa uirtute diſputari, quam pro differentia in ea definitione poſitam uidemus. Vel melius,quando Stoicorum eſt ea definitio, ſciendum eſt decorum præcipuè ad modeſtum, & temperatum uirum pertinere. Quare non ita multò pòſt inquit, nobis autem cum à natura conſtantiæ, moderationis,temperantiæ,partes datæ ſint,cumq́; eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos aduerſus homines geramus, efficitur ut & illud, quod ad omnem honeſtatem pertinet, decorum quàm latè fuſum ſit, appareat; & hoc,quod ſpectatur in uno quoq; genere uirtutis. Rurſus, ſequemurq́; inquit,& id,quod ad hominum ſocietatem accommodatum, & id quod uehemens, & forte. Sed maxima uis decori in hac ineſt parte, de qua diſputamus. Ex his decorum uides eſſe quoddam ut genus pertinens, ſimul ad omnes uirtutes, et eius partes,quarũ ſingulæ ad ſingulas uirtutes ſpectant. Tum illius uim maximam ineſſe in temperantia, & moderatione,& ideo eas in primis in illa definitione complexus eſt. Sed ut ueniamus aliquando ad circunſcriptionem Cælij, quæ

quæ ex locis,temporibus, perſonis,& alijs delectibus conſtat, ſcire uelim cur hic locum,& tempus tanquam duo ſint, & ea diuerſa, ponat. Cum in hoc ipſo libro ex Stoicorum definitione Cicero locum eſſe dicat actionibus, oportunitatē temporis, tempus aūt actionis,oportunum ἐυκαιρίαν *Græcè, Latinè occaſionem appellari: eſt ergo locus pars quædam temporis, pars autem in ſuo genere ſemper ineſt, quàm ille neſcio qua ductus ratione ſeparat. Sed uideamus nunc uſum,quàm ſit eius definitioni conſentaneus. Cicero in Orat. ſuo inquit, alteri cum domeſticum tempus in cognoſcendis componendisq; cauſis, forenſe in agendis,reliquum in ſe ipſis reficiendis omne conſumerent, quem habebant aut inſtituendi, aut docendi locum? & epiſtolam loco reddere dixit in epiſtolis, ſic inuenies quàm ſæpiſsimè uſu & definitione locum pro tempore oportuno poni. Neq; uerò hic,ut apud rhetores coniecturis agitur, Vt ex natura, & oportunitate loci aliqua res geri potuiſſet, aut non potuiſſe uideatur. Quare illi conſiderent an oportunitas loci fuerit ad negotium tranſigendum. Conſiderent præterea tempus ut ſpatium, & occaſionem, ut temporis oportunitatem, quibus conijciant idoneam fuiſſe occaſionem rei alicuius agendæ uel non agendæ facultatem. Nanq; aptè, uel ineptè, res geſta ſit apud eos nihil refert,tantum enim factum'ne ſit quærunt. Philoſophi uerò an aptè, & cum decoro, in quo ſeruando ſatis eſt temporis congruitatem,& idoneam oportunitatem obſeruare. Non enim aliter decore aut dici, aut fieri quicquam poteſt. Decorum igitur non ſpatio temporis, aut ex natura,& qualitate loci cōſideratur. Nanq; utcunq; aliquid ineptè fecerit,neq; loci,neq; tēporis excuſatio accipietur. Quandocūq;,& ubicunq; decenter egeris,ut oportuerit egiſſe diceris. Hæc autem oportunitas modo locus,mo*

do tempus,ut oſtendi,nuncupatur.Quocirca M. *Tul. longè melius,quàm Cæl.officia reperiri dixit, cum quæritur quid deceat,& quid aptum ſit perſonis,temporibus,& ætatibus.* Sed hoc eſt *tertium,quod à Cæl. requiro, cur hos delectus eſſe uelit, atq; decorum his delectibus contineri.* Non enim *perſonarum,aut temporum, aut ætatum,uel ut ille uult,locorum delectus haberi debent,ſed earum rerũ:quæ his aptæ ſint, ut eorum conuenientia ſeruetur.* Nam *moderationis, iuſtitiæ, fortitudinis finibus decorum circunſcribi decet.* Extra *quorum terminos ſine macula turpitudinis uagari non poſſumus.*Ergo *quid deceat,& aptum ſit perſonis,temporibus,& ætatibus,rectè dixit* M. *Tullius cui Cælium decuiſſet aſſentiri,ne ſimul tam multa,& tam fœdè peccaſſet, dum locis,& perſonis,& temporibus, reliquisq; delectibus ſpeciem decori circunſcribit.* Sed *qui nam ſunt reliqui delectus.* Nam *hoc eſt quartum, quod ab eo uelim perdiſcere.* Equidem *nec plures eſſe reor, quàm Cicero poſuerit, nec eos quos* C*æl. poſuit ut oſtendi delectus appellari.* Sed *his ait ille partem decori circunſcribendam, more uerò poëtarum negat, quaſi Cicero in eo lapſus ſit, ſed hoc eſt falſum.* Non *enim hic* M. *Tul. circunſcribit decorum more poëtarum.* Sed *exiſtimat ex illorum decorum quale philoſophorum eſſe debeat in ratione uitæ perſpicere.* Nec *uerò poëtas ita probet in hac parte, ut in ulla perſona turpitudinem ſententiarum laudet.* Inquit *enim, ſed poëtæ quid quenq; deceat ex perſona iudicabunt.*Nobis *autem pro natura impoſuit ipſa natura magna cum excellentia,præſtantiaq; animantium reliquorum,& quæ ſequuntur:ubi* Cicero *oſtendit poëtas non ſequi decorum naturæ ut philoſophi ſolent, ſed quid moribus & inſtitutæ uitæ rationi cuiuſq; conueniat.* Qui *quidem locus uehementer miror cur* Cælium *non ad-*

monuer

monuerit, ne tam leuiter Ciceronem reprehenderet. At quàm ipſe conſtanter improbet poëtas,cum exemplo poëtarum ſua mox confirmet,iudicent alij. Sic enim inquit. Egregius mimus animaduertere debet,quid ſuæ perſonæ conſentaneum ſit. Quid Cælio cũ mimis? qui more poëtarum minimè decorum circunſcribit? non quia delectus eſt habendus in poëtis? quid? hoc ille melius quam Cicero? at nec alius quiſquam, nec ipſe Cælius hoc auderet dicere, ſi paulò diligentius eum locum reguſtaret. Illud autem me fateor non intelligere,cur differentiam illam iuſtitiæ,atq; uerecundiæ aut ad minus idoneam perſonam,aut ad ineptam exortationem Cælius retulerit. In quibus quidem qui peccant,inepti potius dicuntur, quàm impudentes, quales ſunt immodeſti, & inconſtantes,& diſſoluti. Cùm igitur de modeſtia,continentia illic agatur,negligere inquit Cicero,quid de ſe quiſq; ſentiat,non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam diſſoluti. Eſt autem quod differat in omni ratione habenda inter iuſtitiam, & uerecundiam. Nam iuſtitiæ partes ſuas non uiolare homines,ut faciunt arrogantes, uerecundiæ non offendere,ut diſſoluti. Violatur quidem homo cum eius fortunæ,aut corpori,aut exiſtimationi aliqua uis affertur. Offenditur autem morum alicuius obſcœnitate,& turpitudine,à qua boni uiri animus abhorret. Verecundia uerò cuſtos eſt uirtutum omniũ dedecus fugiens,laudemq; maximè conſequens. Quare Sophocles rectè inquit,uerecundia in eadem ſede cum Ioue coniuncta eſt. Reuereri autem homines eſt quod αἰδεῖσθαι ſuo nomine Græci dicunt, hoc eſt pudore, & timore turpis alicuius notæ conſpectu, aut etiam conſcientiam hominum proborum quadam cum uerecundia timere. Ex quo fit ut nec iniuria,nec turpitudine quenquam offendamus. Quare Cicero adhibendam eſſe inquit reuerentiam quandam ad-

uerſus homines, & optimi cuiuſq; & aliquorum, ut exiſtimatio noſtra apud omnes integra ſeruetur. Quæ uel per iniuſtitiam, uel per incontinentiã perdi ſolet. At ſi Cæl. Ciceronis ſententiam ex ipſius uerbis potius, quàm ex ſuis coniecturis elicere uoluiſſet, nõ tam longè à ueritate aberraſſet.

DECIMAQVINTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Cicero & hic & alibi multis locis dicit, nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem. credo ex ea ratione, quia natura ſemper bonum appetit: & quanto quodq; bonum maius eſt, eo magis appetitur. Nihil autem *uirtute melius: nihil ergo à natura magis appetitur, quàm uirtus: & hæc ratio quidem apud me plurimum pollet. Sed contrà Ariſtoteles uirtutem in parte irrationali uerſari ſcribit, & naturalibus affectibus, uoluptati præſertim obluctari.* Eius *rei argumentum eſt, quòd nemo natura uirtute præditus inuenitur, ſed longa omnes exercitatione.* In *his enim, quæ à natura proficiſcuntur, non opus eſt exercitatione, ſed protinus natura duce ea amplexamur.* Sic *ridemus, ſic ambulamus natura ſponte: nec ut his in rebus meditemur, opus eſt.* At *in his quæ ad uirtutem ſpectant, longa aſſuetudine & crebris actibus opus eſt.* Hinc *ſcilicet emanauit uetus illa & digna memoratu ſententia,* ἑλȣ βίον τȣ̃ ἄριϛον ἡ συνήθεια ἢ ἥδιϛον ποιήσει: Elige optimum genus uiuendi, *ſuauiſsimum id reddet aſſuetudo.* Deniq; *communis eſt philoſophorum aſſertio, uirtutem non naturalem, ſed nec præter naturam eſſe.* Teſtimonium *reddit huic opinioni* Plato in Gorgia, ὡς τὰ πολλὰ γὰρ ταῦτά φασιν ἐναντία ἀλλήλοις ἐϛίν, ἥτε φύσις καὶ ὁ νόμος: Vt *plurimum enim hæc ut aiunt contraria ſunt inuicem, lex ſcilicet &*

natu

natura, ob id & beatus Paulus teſtatus eſt ſe habere aliam legem dominantem membris ſuis, & menti ſuæ repugnantem.

IACOBVS GRIFOLVS AD
decimamquintam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

QVod ſæpe M. Tullius affirmet nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem, Cælius hanc eſſe cauſam ſuſpicatur, quòd natura ſemper bonum appetit, & quanto quodq; bonum eſt maius, eo magis appetitur, nihil autem uirtute melius, nihil ergo à natura magis appetitur, quàm uirtus. Et hæc, inquit, ratio apud me plurimum pollet. Sed contra Ar. &c. Ex hac autem appetitione inferre Cælius uidetur ex Cic. ſententia nihil eſſe tam conſentaneum naturæ, quàm uirtutem, quod meo quidem iudicio falſum eſt. Neq; enim Cicero ob eam cauſam uirtutem dicit naturæ conſentire, neq; naturæ conſentaneum quicquam eſt, quia ut bonum appetitur ab illa: Sed contrà bonum appetitur à natura, quia eſt ſibi conſentaneum. Non enim quod bonum eſt per ſe cuiuſuis naturæ mouet appetitum, nam ſic etiam pecudes appeterent uirtutem. Sed unaquæq; res id bonum appetit, quod ſibi aptum, & accommodatum eſt, quod ſi tollas hanc aptitudinem, & conſentaneam rationem, iam id non erit ulli rei bonum, quare ipſum eſſe conſentaneum non efficit illud quidem, ut res ulla bona ſit, nam ea poteſt eſſe per ſe bona, ſed tamen efficit ut certæ rei bona ſit, ex quo fit, ut uirtus, quoniam eſt conſentanea hominis naturæ, ſit illius bonum, & propterea optatur. Vnde M. Tullius in quarto de fin. Peripateticos dicere teſtatur, appetitionem animi moueri, cum aliquid ei ſecundum naturam eſſe uidea-

tur. Quocirca non ſatis eſt bonum eſſe aliquid, ut appetatur, niſi rei, quæ appetat, ſit etiam conſentaneum: alioqui non appeteretur. Ratio igitur, *qua Cicero uirtutem eſſe conſentaneam naturæ dicit, alia eſt & quidem in promptu fortaſſe.* Is *enim in* Academicis.9. *ueterũ* Academi.*ſuam bene uiuendi rationem peti dixit à natura.Atq; idem in quarto* Tuſc. *uirtutem ait rectam eſſe rationem his uerbis.* Ex *uirtute proficiſcuntur honeſtæ uoluntates, ſentẽtiæ, omniſq; recta ratio, quanquam ipſa uirtus breuiſsimè recta ratio dici poteſt.* Ac *in eodem inquit, ſi nihil in homine perficiendum eſt præter motum ingenij quendam, id eſt, rationem, huic eſt neceſſe ultimum eſſe ex uirtute uitam fingere, rationis enim perfectio eſt ipſa uirtus. Si uirtus igitur eſt beneuiuendi ratio, & hæc à natura petitur, non'ne ob eam cauſam dicemus eſſe congruam naturæ? nam ita uirtus à natura ducitur, ut ad illam omnes actiones noſtras accommodemus, & quæ ſecundum eam ſunt, frequenter faciamus, donec habitus uirtutis, id eſt, ipſa uirtus perficiatur.* Nam *dicunt ab iiſdem principijs uirtutis officia, & ipſam ſapientiam proficiſci, quam eandem Cicero rectam rationem, & uirtutem appellat.* Et *hoc eſt illud, cur Stoici tam ſæpe dicant omne munus uirtutis occupatum eſſe in habendo earum rerum delectu, quæ ſecundum naturam ſunt.* Nam *quid eſſe poteſt ſecundum naturam, quod illi conſentaneum non ſit? uirtutem ex ijs formari, & confici uidemus, quæ ſecundum naturam ſunt, et dubitabimus cur ſit illi conſentanea? at cui bonis à natura datis perfrui licebit non adhibita uirtute.* Recte *igitur in ſecũdo de* Inuent.*ita definita eſt à Cicerone, uirtus eſt habitus naturæ, modo, & rationi conſentaneus, ac, ut omnia perſpicuè tradamus, animaduertendum eſt naturam res plures ſignificare.* Verùm

nos cæteris omiſsis duas tantum ad hunc locum magis pertinentes attingemus. primum igitur cum dicimus naturæ conſentaneam uirtutem eſſe, naturam intelligimus humanam, quæ quidem ut cæterarum natura rerum eſt conſeruatrix ſui. Vnde in quarto de finibus ex ſententia ueterum Academicorum & Peripateticorum omnis natura, inquit Cicero, uult eſſe cõſeruatrix ſui, ut & ſalua ſit, & in genere conſeruetur ſuo. Ad hanc autem artes quoque exquiſitas, quæ naturam adiuuarent, in quibus ea numeretur in primis, quæ eſt uiuendi ars, ut tueatur quòd à natura datum ſit, & quod deſit, acquirat. Hæc Cicero, quibus omnibus Stoici aſſentiuntur, in hac autem ſententia tunc accipitur, cum uirtus definitur eſſe conſentanea naturæ. Deinde natura meo iudicio uirtutis habitum ſignificat, qui eſt ipſa uirtus, quippe quæ perfecta eſſe dicitur & ad ſummum perducta natura. quæ quidem res tum confirmatur, cũ idem eſſe aiunt, conuenienter naturæ, & ex uirtute uiuere. quando igitur dicunt uirtutem eſſe conſentaneam naturæ, naturam intelligimus humanam, ad cuius conſeruationem uirtus exquiſita eſt. Nam uirtus ut diximus eſt ars, & ratio uiuendi: cum uerò perfecta, & ad ſummum perducta natura dicitur, tunc uirtutis habitus intelligendus eſt, qui conſtans eſt in ſuis actionibus ut natura. Quocirca dici ſolet in naturam conſuetudinem conuerti. Hoc ita conſtituto eſſe nihil amplius uidetur, de quo dubitetur. Perſpicuum est enim cur uirtus naturæ, & cui naturæ ſit conſentanea. Nunc ad Ariſt. reuertor, quem cur Cælius opponat Ciceroni miror. Ait enim uirtutem ſecundum Ariſto. in parte irrationali uerſari, & naturalibus affectibus, uoluptate præſertim obluctari. Cuius argumentum eſſe dicit, quod nemo natura uirtute præditus inuenitur, ſed longa omnes exercitatione. Hic Ariſt. ſtatim

in principio ſecundi libri Ethicorum tradit oſtendens pluribus argumentis uirtutes morales longo uſu, & exercitatione comparari, nec ullo modo naturales eſſe. In quo autem à Cicerone diſſentiat equidem non intelligo. Nec enim hoc in loco Cicero, nec alibi eas docet aut naturales eſſe, aut alia ratione comparari: niſi fortè quod eſt conſentaneum naturæ, intelligatur eſſe naturale. Ac quis hoc audeat affirmare? ergo actiones honeſtæ, quæ conſentaneæ ſunt naturæ, nec ſtudio, nec prudentiæ noſtræ forent adſcribendæ. At natura id appetit, quod ſibi eſt conſentaneum, quod autem eſt diſſentaneum aſpernatur, appetit autem honeſta, & aſpernatur contraria. Ergo hæc contra, illa uerò ſecundum naturam ſunt, non tamen naturalia. Sed iam res poſtulat, ut quanta ſit in hac ratione uirtutum conſenſio inter Ariſt. & Marcum Tullium uideamus. In ſexto igitur Ethi. Ariſt. confirmat uirtutes eſſe naturales, & proprias, naturales quidem intelligit & nominat habilitates quaſdam, & aptitudines, et habitus denique naturales: proprias uerò quas nobis uſu & conſuetudine comparamus. Cicero uerò hac eadem ſed non iiſdem nominibus uſus eſt diuiſione: in quarto enim & quinto de fin. quas naturales uocat Ar. ex ſententia Platonis auditorum, inter quos nominat Ariſtotelem ſemina uirtutum appellat. De leg. uerò, & in Tuſ. quæſtion. igniculos, ac multò antè de Inu. libro primo nominauit opportunitatem, & materiam. Eſt aliquid in uerbis quidem, in re uerò nihil eſſe differentiæ uidemus, quod idem in proprijs accidit. Nam eas Cicero uoluntarias appellat. Quoniam non ſunt à natura nobis tributæ, ſed uoluntate potius acquiſitæ, & propterea iuſti, conſtantes, fortes, prudentesq́; eſſe uolumus, quia decere cogitamus. Cur autem proprias eas uocet Ariſt. ea cauſa eſt, quòd earum neque natura, neque fortuna partem

tem ſibi uendicat, ſed omnino labori noſtro, & exercitationi referuntur acceptæ. Nec *tamen negauerim ob id etiam proprias appellari, quia propria ſunt hominis poſſeßio, in qua fortuna nullam habere poteſt autoritatem. Varia ſunt certe utriuſq; uerba, ſed tamen eaſdem uoluntarias, & proprias uirtutes, itemq; naturales, & ſemina, igniculos, opportunitates eſſe conſtat.* Nec *non ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum factum eſt, cur omnium philoſophorum conſenſu uirtutes neque naturales, neque præter naturam ſint. Sed libenter nunc audirem Cælium, in quonam alterum ab altero diſcrepare uideat, mihi certe in quo magis conſentire poßint nihil occurrit.* Nam *quòd morales uirtutes ad eam partem animæ frænandam, atq; regendam adhibeantur, quæ eſt rationis, id ipſum Ciceropaßim confirmauit. Nam ſi cupiditates & affectus ex anima tollantur, iam uirtutis nullus erit uſus, nec in quo exerceatur præterea quicquam erit.*

DECIMASEXTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

A*lteram officij diuiſionem adſcribit Cicero in perfectum ſeu commune, quod* κατόρθωμα *: Græci appellant: & medium, cuius cur factum ſit, ratio probabilis reddi poteſt. Ego perfectum illud quod uocat, ſi ad æquilibrium redigatur, longè imperfectißimum puto.* Hoc *enim illud eſt, quòd flecti neſcit: quod neque locorum, neque temporum, neque perſonarum rationem habere poteſt: quod conniuentibus oculis, & obſtinatis animis, medium illum rigorem tenet, à quo nulla ratione deduci poteſt.* Hoc Dioge*nes tuebatur, hoc* Timon *ille* μισάνθρωπος *hoc Stoici, qui alapam incutere, et parentem iugulare, par crimen putant.*

Hoc

Hoc ſi quando in iudicijs uerſatur, ſummum ius à noſtris, à Græcis ἀκριβοδίκαιον uocatur. Quòd nonnulli ſummam crucem, alij ſummam iniuſtitiam definiuere. Huius *temperamentum æquitatem arbitramur, quæ locorum, temporum, perſonarumq́; delectum habet. Hæc miſereri ſolet, ac tum demum parcere: niſi ad maleficium peruerſa uoluntas & dolus malus acceſſerit. Sic perfectiſſimi huius officij acerbitatem ac duriciem medium alterum officium, quod ſolum officij nomine dignum eſt, moderatur. Quòd ni faciat, tranſit ille animi rigor in mores, efficitq́; homines inclementes, inexorabiles, & quales à Græcis ἀπάθεις appellantur.*

IACOBVS GRIFOLVS AD Decimam ſextam Cælij Calcagnigni Diquiſitionem.

QVòd officium perfectum, uel quod, ut magis propriè κατόρθωμα interpretaretur, Cicero rectum eſſe dixit, imperfectiſſimum putat eſſe Cælius, quòd flecti neſcit, quòd neque locorum, neque temporum, neque perſonarum rationem habere poteſt. Quod conniuentibus oculis & obſtinatis animis medium illum rigorem tenet, à quo nulla ratione deduci poteſt. & rel. Ego *uerò non illud ſolùm uehementer miror, quod officium ſapientis imperfectiſſimum Cælius eſſe uelit, ſed illud quoque, ac mehercule multò magis, quod alteram officij diuiſionem Cicer. hanc eſſe ſcribit, Perfectum ſeu commune, quo κατόρθωμα Græci appellant, & medium. Cuius cur factum ſit ratio probabilis reddi poteſt. Vbi non uideo cur aut ipſe perfectum officium, & commune idem eſſe putet, aut ita Ciceronem definiſſe dicat. Sed extat non ille modo Ciceronis locus, ſed alij permulti, in*

quibus omnibus commune officium medium eſſe definiuit, nec unquam ita delyraſſet, ut quod proprium eſt ſapientis, commune etiam inſipientibus eſſe diceret, quare mitto hanc partem, ut notam: neque enim omnia digna ſunt de quibus diſputetur. Verùm ad caput quæſtionis ueniamus & perfectum officium, ut ille uult, ad æquilibrium redigamus, ut quàm ſit æqua eius libra intelligatur. Memini me alio loco de ui huius officij cum Cælio diſputaſſe, quare hic breui attingam, quantum ad præſentem quæſtionem ſatis eſſe uideatur. Quoniam igitur ille non definit ut par erat, quæ ſit eius uis officij, ſatis eſt mihi negare τὸ κατόρθωμα id à Stoicis intelligi, quod Cælius damnauit. Nam illi dicunt rectum officium omnes numeros uirtutis continere. Eſt igitur idem, quod uirtus, aut actio uirtutis, quæ omnes numeros perfectionis habet. At ſi male Stoici, non uideo cur rectè Cælius, qui nihil omnino dixit. Oportuit certè acutum diſquiſitorem quòd nam ſit perfectiſſimum oſtendere ſi illud eſt imperfectiſſimum. At ne longum faciamus, fortaſſe rectè factum intelligunt idem eſſe Stoici, quod etiam Ariſtot. hic enim in ſecundo Ethicorum aliud eſſe inquit iuſta, & aliud iuſtè agere. Non enim propterea iuſtus eſt quiſquam, quia iuſtum quandoque faciat, ſed quia iuſtè. Sæpe enim uſu uenire ſolet, ut fiat aliquod officium iuſtum, & honeſtum, nec tamen, qui fecerit, aut iuſtus aut honeſtus ſit. Sed qui iuſtè facit, is uerè eſt iuſtus. Nam hic ſciens, & uolens, non ſua ipſius, aut alterius, ſed unius uirtutis cauſa iuſtè facit. Neque id ſemel, aut iterum, uerùm ſemper animo ſtabili, & conſtanti. Quicunque igitur ita ſit affectus, ut non caſu, ſed prudens: non quandoque, ſed ſemper, non ob aliam cauſam quàm uirtutis honeſtatem colit, is honeſtè facit, & eſt honeſtus, ut docuit his uerbis Ariſt. τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γιγνόμενα

μένα οὐκ ἐὰν αὐτὰ πῶς ἔχῃ ἐν ἑαυτοῖς, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων πῶς ἔχων πράττῃ, πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδὼς, ἔπειτα ἐὰν προαιρούμενος δι᾽ αὐτά. τὸ δὲ τρίτον ἐὰν βεβαίως, καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. Ergo quod iuſtè fit, à iuſto fit, hoc eſt ab eo, qui habitum uirtutis habet, & qui ſolus poteſt iuſtè facere, quod eſt officium rectum, & perfectum facere, quod in ſolum ſapientem cadit. Sed iam Catonem audiamus in tertio de Finib. eadem penè dicentem. Quoniam uidemus inquit eſſe quoddam, quod rectè factum appellemus, id autem eſt perfectum officium, erit autem etiam inchoatum. Vt ſi iuſtè depoſitum reddere in rectè factis ſit, in officijs ponatur depoſitum reddere: Illo enim addito iuſtè, facit rectè factum. Hæc Cato. reddere depoſitum in officijs ponatur, inquit. In quibus officijs? in medijs opinor, addas iuſtè, iam id erit perfectum. Non iiſdem uſus eſt uerbis Cicero. ſed eadem ſententia qua prius Ariſto. non igitur Zeno, aut M. T. carpetur ſed etiam Ariſtot. &, quem conſtituit hic uerum ſapientem, Cælius ineptum facit, tum durum, & immitem. Nec enim locorum, inquit, nec temporum, nec perſonarum rationem habere poteſt, quod conniuentibus oculis, & obſtinatis animis medium illum rigorem tenet; à quo nulla ratione deduci poteſt. Rigorem arbitror intelligit honeſtum illud, quod ſapiens ſemel complexus, nunquam dimittit. Quo fit, ut nullam unquam turpitudinem in quoquam ſapiens ferre poſſit. Quàm rectè igitur obſtinatus & inexorabilis is dicatur, qui nolit à recto declinare, ille uiderit. Mihi uerò ſanctiſſimus uidetur, qui, ut in quinto de Fin. Cicero teſtatur, natura duce ſequitur officium. Nec mihi qui bonus, & omnibus uirtutibus inſtructus, & ornatus ſit, ut in quinta Tuſc. legimus, ineptus uideri poteſt. Nec qui temperans eſt

potius, quàm continens animi quadam mollitie corrumpendus. Nam ſapiens ita eſt affectus, ut nulla perturbatione moueatur, & honeſtis rebus uehementer gaudeat. Quare Plutarchus ait, οὔτε γὰρ ὁ σοφὸς ἐγκρατὴς, ἀλλὰ σώφρων, οὔτε ὁ ἀμαθὴς ἀκρατὴς, ἀλλὰ ἀκόλαστος. ὁ μὲν ἥδεται τοῖς καλοῖς, ὁ δὲ οὐκ ἄχθεται τοῖς αἰσχροῖς, *id eſt, non enim ſapiens eſt continens, ſed temperans, nec ſtultus incontinens, ſed intemperans. Ille quidem gaudet honeſtis, hic uerò turpibus ne tangitur quidem. Quæ tamen ex Ariſt. ſumpta uidemus eſſe. Quare cauendum eſt ne iure Ciceronem reprehenſum in eo quiſquam putet, in quo cum clariſſimis Philo. ille conuenit.*

DECIMASEPTIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

QVo loco Cicero de prudentia ac ſapientia agendum proponit, utranque uidetur ita commiſcere, ut non facilè intelligas quid prudentia à ſapientia differat, quod'ue ſit utriuſq; munus. Ciceronis uerba ſunt: In prima parte, in qua ſapientiam ac prudentiam ponimus, ineſt indagatio atq; inuentio ueri. Eiuſq; uirtutis hoc munus eſt proprium. Vt enim quiſq; maximè perſpicit, quid in re quaq; uerißimum ſit: quiq; & acutißimè & celerrimè poteſt et uidere & explicare rationem, is prudentißimus & ſapientißimus ritè haberi ſolet. Hoc primum nego, prudentiam & ſapientiam eandem eſſe uirtutem. Nam prudentia eſt exacta rerum humanarum diſcretio: quæ in conſilijs & omnibus ijs quæ in dubitationem ueniunt, dominatur. Sapientia autem eſt rerum humanarum diuinarumq; cognitio. Hæc in ijs quæ ſemper eodem modo ſe habent, diuinis puta & æternis, uerſatur.

ſatur. Prudentiæ munus, non tam uera & falſa, quàm bona & mala, utilia & inutilia, appetenda & refugienda internoſcere. Super ijs conſultamus, quæ aliter atque aliter ſeſe habere poſſunt, quæq; adiutrice indigent fortuna. Nam reluctante fortuna, prudentia ſuum nunquam finem adſequatur. At ſapientia tam ſublimi & excelſo loco poſita eſt, ut rerum humanarum uiciſsitudines longè deſpiciat, fortunæq; ipſius imperium nihil ad ſe pertinere arbitretur. De prudentia uerba ſunt Ariſtotelis, quem iure Plato philoſophum ueritatis appellabat. Videtur itaque prudentis eſſe, bene conſulere poſſe circa ea, quæ ſibi ſunt bona, ac proſunt: non aliqua ex parte, ut quænam ad ſanitatem, uel uires, ſed quæ ad bene uiuendum omnino conducant. Argumento eſt id ita eſſe, eos etiam qui circa aliquid uerſantur, prudentes dici: quum bene ad finem ſtudioſum aliquem excogitauerint ea, quorum nulla eſt ars. Quare & omnino prudens is eſt, qui ad conſultandum eſt aptus. Ex ijs facilè intelligas, prudentiam non circa uera & falſa (hoc enim commune eſt humani animi, omniumq; uirtutum propoſitum) ſed circa utilia & inutilia uerſari. Sed quid ego peregrinis aduocationibus utor? quum Cicero non multò poſterius eodem libro aduerſus ſe teſtimonium dicat, ut hic propè ſui oblitus uideatur. Eius uerba non pigebit ſubſcribere: Prudentia, quàm Græci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, eſt rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia. Illa autem ſapientia, quam principem dixi, rerum eſt diuinarum atq; humanarum ſcientia, in qua continetur deorum & hominum communitas, & ſocietas inter ipſos. In hac ergo quæſtione non aliunde, aut alio libentius, quàm à Cicerone ad Ciceronem appellauerim.

IACOBVS GRIFOLVS AD *ſeptimam dicimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

PRudentiam, & ſapientiam Cælio ita uidetur commiſcere M. Tullius, ut non facilè intelligatur quid altera diſferat ab altera. Ciceronis autem uerba hæc ſunt ex primo off. in prima parte, in qua ſapientiam & prudentiam ponimus, ineſt indagatio, atque inuentio ueri, eiusq́; uirtutis hoc munus eſt proprium. ut enim quiſque maxime perſpicit, quid in re quaque uerißimum ſit, quiq́; & accutißimè, & celerrimè poteſt & uidere, & explicare rationem, is prudentißimus, & ſapientißimus, ritè haberi poteſt. hoc in loco Cælius duo falſißima ſuo iudicio deprehendit. primum eandem eſſe uirtutem prudentiam & ſapientiam, cùm diuerſam definitionem habeant, tum prudentiæ eſſe munus indagandi, & inueniendi ueri. atque non ſolùm hæc Ariſt. autoritate, ſed etiam Ciceronis ipſius leuitate ſibi demonſtraſſe uiſus eſt. cur autem Cælius ſic obſtinatè Mar. Tullium perſequi uoluerit, ut uſui nihil quicquam caderet, quem penes arbitrium & uis, & norma loquendi eſt, miror. huic ſe Cicero quoque in oratore ſuo nonnunquam ceßiſſe confitetur. quem ſi Cælius imitari uoluiſſet, uſum loquendi populo ut Cicero fecit, conceßiſſet, ſibi uerò ſcientiam reſeruaſſet. quapropter ſi conſuetudo ita loquitur, ut pro prudentia frequenter ſapientiam uſurpet, nimium putide ipſe ſtuduit proprietatem Latini, Græciq́; ſermonis conſeruare. nam quod M. Tullium, Ariſt. aliosq́; maximos philoſophos diligenter fortaſſe legerit, quàm qui maximè iudicio nobis eſſe debet, quòd iam rationemq́; prudentiæ atque ſapientiæ aptißimis definitionibus expreßit, non ſolum

in primo & ſecundo officiorum libro, ſed etiam in quarto Tuſc. ſed tamen oſtendam M. Tull. in eo & nonnullis alijs locis utranque ita coniunxiſſe, ut nulla confuſione perturbarit. cum enim propriam eſſe hominis poſuiſſet ueri inquiſitionem atque inueſtigationem, exiſtimauit hanc ueritatem non in rebus humanis tantum quæ in noſtris actionibus uerſantur, ſed etiam in earum rerum ſcientia, quæ ſunt occultiores, & magis in natura ipſa reconditæ. cùm autem utraque indagatio ad mentis noſtræ ſagacitatem pertineat, iure hominis eſſe propriam exiſtimauit. & quamuis prudentem uirum ſtatuat eum, qui ſit utriuſq; cognitionis compos, non tamen eas ita permiſcet, ut idem eſſe uelit, ſed prudenti uiro tribuit utranque partem. quod ut intelligatur cum de prudentia loqueretur ait, in qua ſapientiam & prudentiam ponimus, ineſt indagatio, atque inuentio ueri, ciuſq; uirtutis hoc munus eſt proprium. ex quibus prudentis uiri partes eſſe quaſi duas oſtendit, alteram quæ nomen retinet prudendiæ: alteram, quæ ſapientia nuncupatur, ut in partitione iuſtitiæ & fortitudinis idem fecit. nam illius primam partem iuſtitiam appellat, liberalitatem uerò, ſeu beneficentiam ſecundam. in hac autem fortitudinem primam, & alteram patientiam nominauit. quis miretur igitur ſi idem is fecerit in diſtributione prudentiæ? hunc autem fuiſſe Ciceronis ſenſum in eodem officiorum libro, & in eodem ferè loco uidetur declarare, ubi ait, ex quatuor autem locis, in quos honeſti naturam, uimq; diuiſimus, primus ille qui in ueri cognitione conſiſtit, maxime naturam attingit humanam, quæ cognitio ad ſtudia rerum obſcurarum pertinet, ut ex illius exemplis conſtat, quibus oſtendit illa duo uitia in eo genere uitanda eſſe, unum ne incognita pro cognitis habeamus, alterum ne nimis magnũ ſtudium multamq; operam

ram in res obſcuras, atque difficiles conferamus. ſed non ita multò antè in hac eadem explicatione prudentiæ cognitionem inquit rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene, beateq; uiuendum neceſſariam ducimus. Prætereà ſi ſapientia eſt rerum humanarum atque diuinarum ſcientia, prudentiæ partes in ea continentur. quare ſapiens iure prudens appellari poteſt. num igitur ſi utraque ſit in uno facultas, diuiſus erit ſapiens? aut confuſæ facultates? ex his fit, ut Cicero prudentiam nonnunquam ſapientiam appellet, ut in Partitionibus: Eſt igitur inquit, uis uirtutis duplex: aut enim ſcientia cernitur uirtus, aut actione. nanque prudentia, quæ calliditas, quæ'que grauiſſimo nomine ſapientia appellatur, ſcientia pollet una: ſed etiam uſui dandum eſt aliquid non ſolùm Ciceronis ſed etiam philoſophorum. M. enim Tull. in quarto de Fin. ſapientiæ munus, & opus eſſe dicit in delectu rerum. legitur in tertio Tuſcul. ubi de morbis animorum agitur, ſapientiam eſſe ſanitatem animi, inſipientiam quaſi inſanitatem. adde quod ſapientes non modo Latini, ſed etiam Græci ex officiorum frequentia nominabant, ut in tertio officiorum docet M. Tullius, cùm dicit. neque cum duo Decij, aut duo Scip. fortes uiri commemorantur, aut cum Fabritius aut Ariſtides iuſti nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iuſtitiæ tanquam à ſapiente petitur exemplum nemo enim horum ſic ſapiens eſt: ut ſapientem intelligi hìc uolumus, nec ij qui ſapientes habiti ſunt, & nominati M. Cato, & C. Lælius ſapientes fuerunt, nec illi quidem ſeptem. ſed ex mediorum officiorum frequentia ſimilitudinem quandam gerebant, ſpeciemq; ſapientum. iam hic arbitror patere quos ſæpe intelligat M. T. ſapientes, non perfectos ſcilicet ſed eos qui uirtutibus ijs, quæ ad mores pertinent, erant inſtructi. & eadem ratione ſapien-

 tiam,

tiam, quæ perfecta non ſit, pro prudentia uſurpat, ut paulò ante hunc locum aperte docet. inquit enim in ijs autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt, ipſum illud quidem perfectum honeſtum nullo modo eſſe poteſt, ſimilitudines honeſti eſſe poſſunt. fuiſſet hoc igitur prudentiæ, ſapientiæq; Cælij conferre locos Ciceronis, ut quod uſitatum eſſet, in eo tam temerè non improbaret, cùm præſertim uideret, eum modo propriam uim ſapientiæ, modo impropriam explicantem. At uideamus iam num tandem Ariſt. ſapientiam eſſe ſemper dicat diuinarumq; rerum cognitionem, hic in ſexto Ethi. quemlibet artificem qui in arte ſua præſtans ſit, Sapientem ait appellari. ſed Thragem Platonis lege iam hæc omnia copioſiſsimè diſputari reperies, ſed Hom. etiam συβότην illum ithacenſem toties ὀρχαμὲν ἀνδρῶν nominauit, quod ſuum paſtor eſſet optimus. quod ſi in quauis arte præſtantes homines illius artis ſapientes uocari poſſunt, & principes, quid in arte uiuendi? qua quidem nulla maior, nec æquè neceſſaria excogitari poteſt? ſapientes quidem appellemus, quamuis in humanis tantum rebus, & ſingularibus uerſaretur illorum ſapientia: ut Græci primùm, & poſtea Latini conſueuerunt. quibus ducibus errare pulcherrimum uidetur. eſt igitur imperfectior quædam ſapientia, quæ tam ſubtilem definitionem ſuſcipere non poteſt, quàm illa, quæ rerum humanarum, & diuinarum, cauſarumq;, quibus hæ res continentur, eſt ſcientia. ſit etiam poëtæ ſentiunt. ut Hor. qui ait, uirtus eſt uitium fugere, & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe. idem alibi latiùs, & melius inquit. Quis nam igitur liber? ſapiens, ſibi qui imperioſus, quem neque pauperies, neq; mors, neque uincula terrent, reſponſare cupidinibus, contemnere honores fortis, & in ſe ipſo totus teres, atq; rotundus: Externi ne quid ualeat

per

per leua morari, in quem manca ruit fortuna, eadem Vir. in uiro bono. eadem M.Tullius in Tuſc. & Paradoxis, ubi quid poßit uirtus, & hæc ſapientia, quæ magnitudinem animi complectitur, & iuſtitia conſtat. quare nulli tantus uir commiſcere uirtutes illas, aut confundere uideri debet. quid oportuit igitur in exponendis earum rerum differentijs laborare? quaſi uerò Cicero eas non expreſſerit definitionibus. At uideamus iam, quod eſt ſecundum à Cælio reprehenſum, utrum munus ſit prudentiæ inueſtigandi, & inueniendi ueri. Prudentis eſſe cenſet Ariſt. bene, & utiliter ſuis rebus ad bene uiuendum pertinentibus conſulere. quæro igitur nunquid ſuis rebus bene proſpiciat, qui ueritatem aſſequi non curet, non'ne propoſitum habere debet uir prudens, ut ſuo conſilio res ſuas aut tueatur, aut augeat, aut quicquid oporteat bene geratur? ubi nam eſt aptitudo illa, quam dicit Ariſt. prudentis eſſe ad bene deliberandum? Non'ne in proſpicientia quadam, & ſagacitate? quæ uirtus eſt in homine, qua cauſas rerum, & conſecutiones, & ſimilitudines transferat, & diſiuncta coiungat, & cum præſentibus futura copulet, & omnem complectatur uitæ conſequentis ſtatum. equidem rationem eſſe puto iam longa experientia perfectam, at utilia inquit, & inutilia, appetenda & reijcienda prudens intermiſcet. ſed hæc ipſa an ſibi ſucceſſura ſint, & ne iudicio fallatur, non conſiderabit iſte prudens? iam quo nam modo utile ne ſit aliquid, an inutile quiſquam diſcernet, qui ueritatem ueluti materiam ſibi ſubiectam non habeat? quòd ſi prudentiam eſſe rerum expetendarum, fugiendarumq; ſcientiam, ut uoluit M.Tul. negat Cælius, concedat ſaltem eam eſſe habitum agendi ea, quæ homini ſunt bona, uel mala uera, cum ratione, ut uoluit Ariſt. at ſi huic adimas officium ueritatis indagandæ, oculum,

lum, quem illi Plato tribuit, eripies. Veritatis matrem eſſe longi temporis experientiam dicunt, & propterea negant Phil. poſſe iuuenes prudentes eſſe, uerùm conſtituit Cæl. temerarium eſſe quendam prudentem uirum, aut in re quadam communi, & naturali prudentiam uerſari, cùm uerum ne ſit aliquid, an falſum dijudicat. ſed aberrat toto, ut aiunt, cœlo. nam, ut paulò pòſt conſtabit, prudens cùm ueritatem rei quærit, in ſua ipſius propria materia uerſatur. nec ſi unuſquiſque in actionibus ſuis ne decipiatur errore cauet, eſt prudens appellandus, unus enim quiſque omnibus uirtutibus eſſet compos. quarum quidem nulla eſſe poteſt à prudentia diſiuncta, ſed prudens eſt ille, qui in ſuis conſilijs, & deliberationibus de rebus honeſtis non fallitur. nam bona, & recta conſideratio, atque deliberatio eſt ea, quæ bonum finem ratione congrua & oportuno tempore conſequitur: atque id perſpicuo lumine ueritatis, quod non eſt omnibus mentibus commune, ſed eſt unius tantum prudentis, & ſapientis uiri. nam prudētiæ propria uis eſt in ſola ſcientia, cæterarum uirtutum in actione. quare M. Tull. rectè dixit uim uirtutis eſſe duplicem, aut enim inquit, ſcientia cernitur uirtus, aut actione, nam quæ prudentia, quæ calliditas, quæq; grauiſſimo nomine ſapientia appellatur, hæc ſcientia pollet una, quæ uerò moderandis cupiditatibus, regendisq; motibus laudatur, eius eſt munus in agendo, cui temperantiæ nomen eſt. Ariſtoteles ait ad prudentiam rationis actiones attinere. nam quid dicemus eſſe, quod fiat cum ratione ſine luce ueritatis? una igitur ſcientia pollet prudentia. quid ita? quia cùm quid agendum ſit, & quo modo, & quando ea ſtatuerit, cæteræ uirtutes agent. præfert enim lumen ueritatis & ſe ducem præſtat cæteris uirtutibus. ne miretur quiſquam igitur ſi negant philoſophi ſine

hac

hac uirtute nullam aliam poſſe conſiſtere uirtutem. hæc enim inquirit, conſultat, deliberat, conſilium agendi rectum capit: agit deinde temperatus, aut fortis, aut iuſtus: quod idem Cicero pro Sextio demonſtrat. inquit enim ſi leges non ualerent, iudicia non eſſent, ſi reſpub. ui, conſenſuq́; audacium armis oppreſſa teneretur, præſidio, & copijs defendi uitam, & libertatem neceſſe eſſet. hoc ſentire prudentiæ eſt, facere fortitudinis, ſentire uerò, & facere perfectæ cumulatæq́; uirtutis. Illa uerò Panætij triplex conſilij capiendi deliberatio, quam Cælius defendit, aut illa quinque partita Ciceronis, quam reprehendit ad neminem ſpectat, niſi ad prudentem. cuius Ariſto. in ſexto Ethicorum uerum eſſe iudicium ita confirmat εἰ δὴ τῶν φρονίμων τὸ εὐβουλεύεσθαι, ἡ εὐβουλία ἂν εἴη ὀρθότης, ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρὸς τὶ τέλος· οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι. *hoc eſt, quod ſi prudentis eſt bene conſultare, bona conſultatio eſt ea, quæ utiliter ad aliquem finem recta uia perducit, cuius finis prudentia eſt uerum iudicium. nemo alius autoritate Ariſt. ſuis coniecturis ut prudens ad ueritatem poteſt peruenire, nec eſt aliarum uirtutum hoc idem propoſitum ut Cælius confirmat in quo uehementer errat. nam ſi iuſtus iuſtè facit, & hoc ſibi proponit, ut tamen id cognoſcat & aſſequatur prudentia nititur, non iuſtitia. neque enim iuſtitia eſſe poteſt, aut alia uirtus ſine prudentia, nam hæ ſi per ſe falſum, & uerum perſpicere poſſent, ſuperuacanea eſſet hæc prudentiæ tam celebrata uirtus. At, ut ſemel finiam, omnes habemus contra Cælium, qui prudentiam dicit adiutrice fortuna indigere, quod reluctante fortuna finem ſuum nunquam aſſequatur. At quis nam finis eſt prudentis, & ſapientis uiri? certè ſi eſt prudentiæ rem bene, & diligenter conſidera-*

re, conſiliumq́; quod optimum eſſe uideatur, ſequi, quoties ea hæc effecerit, finem ſuum erit aſſecuta. nunc igitur quæro, num fortuna uim conſiderandi, & interiorem animæ uirtutem prudentis uiri poßit impedire. omnes credo ſanæ mentis uiri negant, nam aliæ uirtutes fortaſſe, ut quæ uerſantur in actione, poſſent ui fortunæ diſturbari. conſtat enim prudentiæ quid agendum ſit inuenire liberum eſſe, fortitudini uerò agere non item. quanquam in hoc etiam cum doctis uiris eſt ſentiendum, qui prudentiæ omnes uirtutes ſubijcientes, prudentem uirum ſtatuunt omnibus uirtutibus inſtructum eſſe. ergo fælicem. cuius Ariſt. *in ſecundo* Ethic. *non adeo infirma fundamenta iecit, ut tam facile poßit euerti. an uel* Epicurum *dicere neſcimus fortunam exiguam interuenire ſapienti? quid ſi cum* Stoicis *ſenſiſſet? qui beato uiro non ea tribuebant, in quibus fortuna dominatur? ſi uerò* Peripateticus *fuiſſet, exiguum ſtatuiſſet eſſe, quod de beata uita per fortunam detrahi potuiſſet. at ſi tam firma fundamenta uoluptatis eſſe ſtatuebat, quis audeat uirtutem in fortunæ poteſtatem ponere?*

DECIMAOCTAVA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

L*ibro Officiorum tertio. Eſt etiam, inquit, ius bellicum, fidesq́; iuriſiurandi ſæpe hoſti ſeruanda. Quod enim iuratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id obſeruandum eſt. Quod aliter, id ſi non fecerit, nullum periurium eſt. ut ſi prædonibus pro capite precium non attuleris, nulla fraus eſt: ne ſi iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. Cum hoc non fides eſſe debet, non iuſiurandum*

dum commune. non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris ſicut, uerbis concipitur, more noſtro id non facere, periurium eſt. Scitè enim Euripides: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Regulus uerò non debuit conditiones pactionesq; bellicas & hoſtiles perturbare periurio. Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur, aduerſus quem & totum ius fœciale, & multa ſunt iura. Hoc loco mihi uidetur Cicero parum conſtantiam ſuam ſeruaſſe, quum iurandum cuiquam arbitratur, quod mens concipiat fieri non oportere. præſertim quum in his libris, decretis Stoicorum nomen dederit: apud quos nullus eſt tam grauis metus, qui in conſtantem uirum cadere poßit, qui non malit mori, quàm quicquam præter dignitatem aggredi. Nunc mitto, quod neque prædoni fallendam fidem, neque gladium furioſo abiurandum putant. Quòd ſi ex ſeueritate illa Stoica, & duricie ſummi & abſoluti officij, alio loco à nobis improbati, aliquid recidendum putamus: ſanè tacito quodam hominum iudicio conſtitutum eſt, ut prædoni & ſicario fides ſeruetur. Non quia ſit ex perduellionum numero definitus, nec ut ex ſuo ſcelere aliquid commodi lucrifaciat: ſed ne uiolato hoc iureiurando protinus materia detur ad maius nefas: & captiui, qui ſpe prædæ ſeruantur, ut aliquando incolumes emittantur, præciſa utilitatis expectatione, actutum iugulum præbeant carnifici. Illud quoque non uideo quomodo probari poßit, falſum iurare non eſſe peierare, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris. Sicut enim oratio non dicentis, ſed audientis gratia inuenta eſt: ita iuſiurandum non eius qui ſe iuramento obſtringit, ſed eius cui obſtringitur cauſa inſtitutum eſt. Et profectò ſi iuras, ut fallas, ab ipſo uſq; principio periurium eſt. Nam quid aliud peierare eſt, niſi perperam & in alterius fraudem

 iurare?

iurare? quod in ipſis ſit auſpicijs, quum uerbis conceptis te in iuramentum adigis: atque ita inducis animum, ut iam tuam fidem fallas, quocunque id nomine aut titulo prætexas. Certè Plato ſecundo Legum libro *id fieri uetat, nequid in deos pecces, quorum maieſtas uiolari putatur, ſi parum religioſe iuſiurandum ſeruaueris: cuius ipſi aut teſtes, aut uindices inuocati ſunt.* Ob *id probè ac ſanctè feciſſe uidentur, qui nunquam ſubeundum iuſiurandum monuerunt. Ea cauſa* Socrates *uel canem uel anſerem,* Zeno *capparum adiurabat: non quod in ijs aliquid numinis eſſe ſuſpicarentur, ſed nequando temerè deorum nomine abuterentur.* Hoc *præterea in diſquiſitionem uocandum puto, quod nam ſit iuſiurandum, quod inuitus aut ex animi tui ſententia ſuſceperis.* Nihil *enim à quoquam inuito fieri aut dici exiſtimandum eſt, cuius principium in nobis ipſis ſitum ſit, ita ut id agere, aut prætermittere, integrum ſit nobis.* Nam *quæ pendent ex animi noſtri ſententia, ea planè noſtra fieri ſponte, & in noſtra eſſe poteſtate, uel* Epicteto *autore, iure dixerimus.* Econtrà, *quæ extra nos ſunt, quæq; principium & impulſum habent aliunde, ita ut reluctantes repugnanteſq; non urgeant, hæc meritò cogentia & uiolenta dixerimus. Cuius rei iudicium eſt, quod dum hæc aguntur, uel acta ſunt, dolemus: in ſuperioribus autem illis, nullum doloris teſtimonium accedit: ex quo facilè agnoſcas, non eſſe uiolenta, neque præter animi uoluntatem.* Qui *enim captus eſt à prædonibus, qui in uinculis retinetur apud* Tyrannum, *ſiquid peierет ſui commodi gratia, ut ſe in libertatem uendicet, ſeq; ab ea neceſſitate eximat: ſanè uolens & propria animi inductione hoc agit.* Neque *aut dum peierat, neque quum peierauit, angitur: ſed lætatur potius, ſe ea fraude uel prædonibus uel* Tyranno *impoſuiſſe, ſuiſq;*

rebus

rebus conſuluiſſe. Quod planiſſimè teſtimonium eſt, cum nihil coactum & præter animi ſententiam feciſſe. Atque hoc peritiſſimi in hac cenſura ſentiunt. Quid uerò dicam, quod nonnulla ſunt, quæ animum mordent, & permoleſtè habent, & tamen noſtra ſponte proueniſſe arbitrantur? ut ſi quis cruciatibus actus patriam prodiderit, ſi ui tempeſtatis conſternatus iactum fecerit. Nec enim uериſimile eſt, quenquam aut patriam prodere, aut ſuarum rerum iacturam facere uelle. hæc tamen etſi moleſtiam afferant, & ſi pœnitentia permoueant animos: quia ortum habent ab animi noſtri ſententia, idcirco uoluntaria cenſentur. Ex ijs in confeſſo eſt, quoties quis falſum iurat, quia uolens & ſciens fallit, quia Deos ſuæ teſtes fraudis uocat, quia ſuo ſcelere non affligitur, ſed potius gaudet, ſibiq; gratulatur: eum periurio obſtringi, nec ullo prætextu ſuo latebram inueniri poſſe facinori. Quod ſi quis hac in re argutator dixerit, huius periurij principium non à libertate conſilij noſtri, ſed uel à timore, uel à ſpe, uel ab alio quopiam affectu proficiſci: iſſe nihil dixiſſe demum intelliget, ſi obſeruauerit, nullam eſſe actionem humanam, quæ ab aliquo humani animi motu non ortum capeſſat. Aut amor, aut libido, aut uoluptas, aut alius quiſpiam affectus mortalium animos percellit. Ita in functionibus humanis nihil erit, quod uoluntarium & ultroneum dici poſſit. Quod quàm ſit abſurdum, melius agnoſcent, qui recta opem uoluntate metiuntur, & ijs præmia deberi contendunt: quàm à nobis poſſit oratione explicari.

IACOBVS GRIFOLVS AD decimamoctauam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

Quàm

QVàm ſit æquus æſtimator rerum Cælius, in his ſuis Diſquiſitionibus pulcherrimè declarat. nam ſi Stoico more agit Cicero, peccat, quoniam ſecus Ariſt. ſin uerò à Stoicis uideatur quicquam diſſentire, Stoicorum autoritate conuincitur. quid igitur ille fiet? credo equidem ſi uiueret, retractaret omnes hos locos, ut Cælio morem gereret. at quoniam id non conceditur, experiamur hîc etiam, ut ſæpe id fecimus, an efficere poſſimus, ut ne autoritate Cælij inconſtans Cicero fuiſſe uideatur. non eſt igitur ut ait Cælius grauitatis Stoicorum ullo adduci metu, ut malit uir fortis quicquam præter dignitatem aggredi, quàm emori. quare Cicero, qui Stoicos in his libris imitatur, parum conſtanter iurandum cuiquam arbitratur, quod mens concipiat fieri non oportere, atque rationem, qua Cicero propoſitionem ſuam approbat, ſic infirmat. quamuis cum pirata nec fides eſſe debeat, nec iuſiurandum commune, tamen inquit neq; prædoni fallendam fidem, neque gladium furioſo abiurandum putant. ac tacito quodam hominum iudicio conſtitutum eſt, ut prædoni, & ſicario fides ſeruetur. neque hoc ſine approbatione dixit, ait enim non quia ſit ex perduellionum numero definitus, nec ut ex ſuo ſcelere aliquid lucri faciat, ſed ne uiolato hoc iureiurando protinus materia detur ad maius nefas, & captiui, qui ſpe prædæ ſeruantur, ut aliquando incolumes emittantur, præciſa utilitatis expectatione, actutum iugulum præbeant carnifici. hæc Celius. at quoniam ſunt in hac diſquiſitione plures quæſtiones, curemus primum tanti uiri cõſtantiam defendere. Cùm nulla fides cum priuatis, nullum iuſiurandum ſit commune, iureiurando putat Marcus Tullius piratis promittere licere, quod ſeruare nolis. Neceſſe eſt, qui uelit hoc fundamentum euertere, hæc eſſe nobis communia cum piratis oſtendat, nam

quod gladium furioſo abiurare liceat à Cicerone iam diſputatum eſt. quod negent quidam prædoni fallendam eſſe fidem, nihil refert, non enim quid quiſque neget, aut affirmet curandum eſt, ſed quibus nitatur argumentis. ratio Cic. firmiſſima uidetur, nam quod ait Cæl. ne uiolato iureiurando actutum carnifici præbeatur iugulum, male hercule narrat. non enim ut iugulum petant ſurgunt de nocte latrones, ſed ut faciant prædam, cuius ſpe ſublata cædis cauſa ſublata erit, & propterea cantabit uacuus coram latrone uiator. nec ullus eſſet locus infectus latrocinijs ſi nemo ſecum nummos, aut alias res ferret, quibus cupiditas latronum excitaretur. aut pactum à uiatoribus pretium non perſolueretur. quare ſi omnes quauis ratione fallerent prædones, aut occidi mallent, quàm ſpe lucri latrocinium nutrire, nemo ſe gratis tot periculis exponeret, nemo communis hoſtis omnium eſſe uellet. oratio igitur Cælij fouet ſpem prædonum, quam Cicero prorſus adimit. neque uerò, ſi nemo illis præſtaret fidem, actutum peterent iugulum. Sed ut quotidie fit, retinerent apud ſe captiuos, donec pacta pro capite pecunia penderetur. id quod etiam inter iuſtos, ac legitimos hoſtes fieri uidemus, Mitto multas alias rationes, quibus cupiditatem ſuam, quàm iram explere mallent. quæ nam eſt igitur iſta cædis tam nefandæ neceſſitas? nempe quæ ex tacito illo hominum iudicio fit. quippe qui dum gladios latronum metuunt, aut ne, ſi fidem fallant, & iterum forte in eoſdem incidant, grauius mulctentur, quod minime deberent iuſiurandum ſeruant. uerùm non ſolum ueteres, qui cuncta metiebantur honeſtate, nec tanta religionis pietate, quanta eſt Chriſtianorum tenebantur. ſed noſtri etiam theologi confirmant, id nos præſtare minime debere, quod ui coacti cuiquam iuremus. legitur apud diuum Thomam

Aquinatem, ubi de iuramento diſputat (ut iam Cælium minus pudeat hoc uerbum minime Latinum ſæpius uſurpaſſe) eos, qui iurant inuitè, omni religione talis iuriſiurandi ſolui, ac liberari oportere, & propterea libenter pontifices eam religionem ſemper expiare. quod quidem nequaquam facerent, ſi qua uis in eiuſmodi iureiurando foret. neque uerò diuus Aquinas de piratis loquitur, uerùm de quibuſuis alijs, qui quauis cauſa homines cogant aliquid iurare, quod mente ſua concipiant fieri non oportere. Præterea non'ne iuſta nobis à iure ciuili data eſt facultas abiurandi, ſi quid in carcere cuſtoditi iureiurando promiſerimus? quid ita? quia ſtabunt uiri ſapientes ſine ulla ſuſpicione coactæ uoluntatis ratum eſſe iuſiurandum oportere. iam uides arbitror ſine periurio poſſe dari falſum iuſiurandum. Negat deinde Cælius ſe uidere poſſe quonam modo falſum iurare non ſit peierare. At nec ego uidere poſſum, ſi ea perſona, cum qua nec fides, nec iuſiurandum ſit commune, periculo mortis propoſito iurare te cogit, cur ad iuſiurandum ſeruare te oporteat. nam mens tua, ſi uerum fatcare, non concepit oportere id fieri. magna uis eſt in hoc uerbo oportere, quam Cælius non curat, at M. Tullius oportere inquit, declarat perfectionem officij, quo ſemper utendum eſt, & omnibus. quare nec ego inquam uideo cur ſeruare fidem perfidis oporteat, id eſt officium ſeruare ſit neceſſarium illis, quibuſcum nulla ſit ſocietas, nullum commertium. qui contra ius humanum, & diuinum te tua libertate priuent, ut tuæ pecuniæ ui iuriſiurandi, quod ipſi nemini conſeruarent dominos, ſe faciant. at iuſiurandum inquit. non eius, qui ſe iurando obſtringit, ſed eius cuius obſtringitur cauſa inſtitutum eſt. quis negat? uerum addas tu cum quo fides, & iuſiurandum eſt commune, quare

cauſa

cauſa piratæ inſtitutum eſſe nego, cum quo nec fides, nec iuſiurandum eſt commune. & propterea nemo eſt periurus, qui iureiurando eum fallat. nam quod peierare ait eſſet perperam, & in fraudem alterius iurare, nihil ea definitio nos oppugnat. quoniam in piratas ea non eſt appellanda fraus, quos licet omnibus inſidijs & dolis fallere, capere, & obtruncare. quid hic mihi narrat auſpicia? quid Platonem, *qui de re iuſta, & legitima loquitur? ac temporum, & perſonarum rationem habet? at ſi quis in poteſtate prædonum eſſet, & per canem & anſerem, aut etiam per capparum iuraret, iam quanti Socratis, & Zenonis religio ab illis fieret, experiretur. Iureiurando inquit (nam id erat tertium) inuitus ſe nullus obſtringit. imo uerò dantur ſæpe tempora, quibus ab inuito permulta fiant. nec ignoramus quid Ariſt.* περὶ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων *dicat, id eſt, de ijs rebus, quæ uoluntate, & contra uoluntatem fiunt. nam quæ nos metu, uel ſpe alicuius maximi uel mali, uel boni facimus* μικταὶ μὲν εἰσὶν αἱ τοιαῦται πράξεις, *id eſt huiuſmodi actiones ſunt miſtæ. eas enim uolentes ſimul, & nolentes agimus. ſeruiendum eſt enim tempori potius, quàm nobis. ita in quo tempori ſeruitur, non inuiti facimus, in quo uerò iactura fit, inuiti. qui piratis igitur cogitur iurare, pro tempore non inuitus iurat. & tamen inuitus, quia non poteſt alia ratione tam humilem, tam turpem, & obſcuram mortem effugere, nec uitam ſuam commodis ſuorum & propinquorum, & in primis* Reip. *conſeruare, ita tamen ut opportuno tempore non pluris faciat turpem uitam, quàm honeſtam, & claram mortem. legimus apud Ariſt. quàm uiro forti mors ignobilis grauis. & moleſta ſit, ut indigna ea uirtute, qua ſe præditum cognoſcit. at quis*

probi

probibet eum iuſiurandum conſeruare? eorum conditio, qui cogunt. deinde quantum eſt in eo ſceleratos homines à tam nefando inſtituto ſic prohibere cogitat. quo quidem conſilio nihil ſanctius, Cælij uerò nihil peruerſius, illud enim tollit piratas, hoc autem conſtituit.

DECIMANONA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Cicero propè in fine tertij de Officijs: Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam eſſe docuimus, *quæ honeſtati eſſet contraria: ſic omnem uoluptatem dicimus honeſtati eſſe contrariam.* Ego contrà, *honeſtate nihil melius, nihil dulcius, nihil magis uoluptificum, nihil magis naturæ conſentaneum puto.* Ac longè *illos falli arbitror, qui uoluptatem ab honeſtate diremerunt: quam hæc duo ſint omnium maxime, animantum generi accommoda.* Multóq; *minus mea ſententia, uoluptas ab honeſtate, quàm utilitas ſeiungi poteſt.* Nam *ratio uoluptatis multò magis per ſe innata eſt, quàm ratio utilitatis: quæ plerunque extra nos eſt, & adſcititia aduenit.* Neque *uoluptates nunc libidines, aliasq; improbitates uoco: quibus & honeſtati & uoluptati nihil magis contrarium arbitror, niſi quatenus naturæ neceſsitati morigeramur. ſed conſentientem animi & corporis habitum, tranquilitate & conſtantia perfruentem.* Hanc *denique ueram uoluptatem exiſtimo, quæ ab honeſtate nunquam abiungi poteſt.* Certè *huius ſententiæ noſtræ* Eudoxum, *uirum grauiſsimum: &* Ariſtotelem *philoſophorum acutiſsimum, autores habemus, quorum alter uoluptatem ſummum bonum, alter ſummum bonum non conſtare ſine uoluptate contendit.* Vt *nemo putet, uel ſolum* Ariſtippum, *uel ſolum* Epicurum *fuiſſe uoluptati patrocinatum.*

natum. Tametſi hoc inter nos atq; illos intereſt, quod illi uoluptatem brutis communem, & corpori agnatam admirantur: nos cœleſtem illam tantum, & Dijs hominibusq; Dijs ſimillimis familiarem approbamus.

IACOBVS GRIFOLVS AD DEcimam nonam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

COnferamus igitur in pauca, nam utilitatem nullam eſſe ducimus, quæ honeſtati eſſet contraria, ſic omnem uoluptatem honeſtati dicimus eſſe contrariam. Hæc ſunt Ciceronis uerba ex tertio offi. contra quæ Cælius more ſuo diſputauit, ut ſibi uiſus eſt, ſed certe nihil minus hac in Diſquiſitione fecit. Itaq; cauſa uidetur eſſe nulla cur illi reſpondeatur. Nam Cicero contra Epicurum, & Cyrenaicos, & Annicerios diſputauit. Quorum uoluptatem Cæl. communem eſſe brutis confitetur cum uerò defendit, quæ conſequitur honeſtatem, quam Cicero teſtatur eſſe ſapientis. Hac autem æquiuocatione nihil poteſt eſſe inter eos controuerſiæ. Aliud enim reprehendit Cicero, aliud Cæl. defendit. Poteram his acquieſcere, ſed operæpretium mihi uiſum eſt de uoluptate quædam non aliena ab hoc loco breuiter percurrere. Ac ne tam citò Cælium relinquamus, oſtendam, ut potero, falſum eſſe quod ait uoluptatem multò minus ab honeſtate ſeiungi poſſe, quàm utilitatem. Nam ſi nullum eſt honeſtum, quod utile non ſit, nec ullum uiciſsim utile quod non honeſtum, quá nam ratione poterunt ſeiungi? at Stoica ſunt iſta. Quid? & Cicero non'ne Stoicè loquitur? præterea uoluptas per ſe nulla eſſe dicitur, uerùm ex actionibus omnis exiſtere, quarum naturam imitatur. Quare ſi actiones ſunt honeſtæ, ex eis quoq; uo-

luptates honeſtæ capientur. At propter quod unumquidq; eſt, id magis dicitur eſſe tale. Actiones igitur, quarum cauſa uoluptates honeſtæ fiunt, honeſtiores eſſe confitendum eſt. Sed omnis actio ciuilis aut eſt utilis, aut contrà, aut neutrum horum. Quæ uerò contraria eſt utili, eadem honeſtati, & felicitati eſt contraria. Quæ uerò neutra eſt, ea nec prodeſt cuiquam, nec nocet. Vtilis animum conſtituit ipſam felicitatem, quoniam bona, & honeſta eſt, nam felicitatem Ariſt. actione animæ ſecundũ uirtutem eſſe finit. Nũ mentio uoluptatis in ea definitione facta eſt? nihil minus. At nec utilitatis, fateor, ſed nulla poteſt eſſe bona actio ſine utilitate. Permultæ uerò ſine uoluptate, atque adeo cum dolore ut in tractatu de fortitudine declarat Ariſtot. ex quibus patet honeſtatem ſemper eſſe cum utilitate coniunctam. Ad hæc uir bonus nihil quicquam agit cauſa uoluptatis, ſed honeſtæ utilitatis potius. Iudicio igitur boni uiri honeſtati coniunctior eſt utilitas, quàm uoluptas. Qui fiet igitur ut ab honeſtate facilius utilitas, quàm uoluptas ſeparetur? quod autem negat Ariſt. ſummum bonum ſine uoluptate conſtare non poſſe, non intelligit uoluptatem eſſe partem ſummi boni. Poſita enim eſſet in definitione eius. Sed ut corpus, umbra, uel, ut ipſius philoſophi uter exemplo, ut decor iuuentutem, ſic felicitatem uoluptas, & honeſtas actiones, ex quibus eſt felicitas conſequitur. Eudoxus uerò poſuit ille quidem in uoluptate ſummum bonum, ſed improbatur ab omnibus ferè, qui rectè ſentiunt. Nam ſi uoluptas eſt ſummum bonum, omnia illa ex quibus ea eſt expetenda ſunt, et ut dolor ſit ſummum malum neceſſe eſt. Ergo ex quibus dolor fit, ſunt omnia fugienda. At officia fortitudinis dolore uix carere poſſunt, ergo uirtus præſtantiſſima fugienda eſt. O importuniſſimã philoſophiam. At ne

quis

quis fallatur, Ariſt. in Ethicis in eo ſententiam Eudoxi *probat, quòd id honore, & ueneratione dignum eſſe potius, quàm laude cenſuit* Eudoxus, *quod ſummum eſſe bonum ſtatuebat.* Nam *utrum rectè id eſſe uoluptatem ſtatuerit nec'ne, ibi non explicat.* In *decimo uerò prorſus negat.* Sed *percurramus iam quid philoſophorum principes de uoluptate ſentiant.* Non *dubium eſt, ut de uirtutibus conſtat, quin uoluptatum quædam ſint naturales, quædam uerò aſciſcantur.* Vt *enim à natura data nobis eſt quædam facultas, & aptitudo ad uirtutes acquirendas, ſine qua fruſtra laboraremus, & nihil inuita faceremus, diceremus'ue* Mineruа, *ita data eſt in ſenſibus, & in animo uis quædam naturalis, qua uoluptates capiamus, quæ res paßim, & ab omnibus confirmatur.* Vnde *ſi natura reſpuat uoluptatem, ea nemo delectari poterit.* Capitur *igitur uoluptas nunc corpore, nunc animo: corpore quidem cùm motus cuiuſdam ſuauitate, & titillationis iucunditate afficitur, animo uerò, cùm aliqua delectatur ſpe uel actione.* Sed *eſt inter quatuor illas ſcholas, quæ quondam omnes uiguerunt, aliqua de uoluptate diſſenſio.* Ariſtoteles *enim tam animi, quàm corporis nomine communi uoluptatem uocat, quam negat affectum eſſe, & propterea non eſt lætitia, quam in* Ethicis *inter affectus numerauit.* Plato *uerò gaudiũ in animo, & lætitiam plerunq; uocauit, quæ tamen aliquando laudari poßit.* Voluptatem *autem in ſenſibus collocauit.* A *quo* Stoici *non diſſentiunt.* Nam *ut in quarta* Tuſcul. *ſcribit* Cicero *cùm ratione mouetur animus placidè, atq; conſtanter, tum illud, gaudium uocatur: cùm autem inaniter, & effuſè exultat, tum illa lætitia geſtiens, & nimia dici poteſt, quam diffiniunt, ſine ratione animi elationem.* Verùm *hanc lætitiam indifferentem* Stoici *etiam uoluptatem nominant.* Itaq; *in animo ponunt*

gaudium, quod in ſapientem cadit, & lætitiam, ſeu uoluptatem, quæ propria eſt inſipientis. In quo tantum à Platone diſſentiunt, quod hic non omnem lætitiam uituperat, illi uerò uitioſam omnino iudicant. Epicurus autem duplicem poſuit uoluptatem, ſtantem alteram, & alteram in motu. Atq; ſtantem appellat eam, quæ ex ſaturata cupiditate, ut ſiti reſtincta ſit. In animo uerò gaudium ab omni prorſus dolore uacans. Quod tamen lætitiam, & uoluptatem nominant, eamq; à corporis uoluptate ortum habere dicit, ut de Fin. à Cicerone ſcriptum eſt. Hæc autem cùm mouetur ſuauitate ſenſus, & iucunditate afficit: ut in bibendo, quod in ſecundo de Fin. explicatur. Gaudet igitur Epicurus ſi corpori bene ſit. Reliqui uerò ſi bene intelligant, & honeſtè agant. Atq; ita deſtingunt uoluptates, ut alias ad mentem, ad corpus alias ſpectare uelint. Ad mentem quidem, cùm aut in contemplatione, aut in actione uerſantur. Quæ autem ad corpus referuntur, aut communes eſſe aiunt, ut coniunctionis appetitus procreandi cauſa & cura eorum, quæ procreata ſunt. Aut propriæ. unumquodq; enim genus animantium proprias uoluptates habet. Vnde rectè Maro, trahit ſua quenque uoluptas, ait. Et hæc ſunt omnes ſecundum naturam. Quarum alia pro partis eius perfectione, cuius eſt uoluptas, perfectior eſt alia. Ex quo multis partibus perfectiores eſſe uoluptates animæ, quæ in contemplatione, quàm quæ in actione uerſantur, oſtendit Ariſt. & quando uniuſcuiuſq; actionis bonæ eſt propria uoluptas, nec actiones ſunt pares, fit ut neq; uoluptates ſint pares. Secundum naturam uerò corporeæ uoluptates ſunt neceſſariæ, ſi medium inter nimium & parum locum obtinent: quòd ſi earum modus non retineatur naturæ fiunt contrariæ. Idq; aut eius corruptione, aut mala conſuetudine, aut morbi

uitio, aut opinione falſa euenit. Vt illa Zenonis exultans ſine ratione lætitia, & iucunditas in ſenſibus maior, quàm integritas naturæ patiatur, quæ quidem tunc conſeruabitur, cùm temperantiæ præſidijs utemur, à quibus longè abſunt quicunq; in ſola uoluptate bonum conſtituunt. Quaſi uerò ob id ſolùm ſit ortus homo, ut ijs uoluptatibus fruatur; & non proprio munere, & natura ſcientiam rerum omnium; & prudentiam ſtudio, & labore ſibi comparet, ut domitis tandem ſenſibus uel contemplando diuina, uel agendo ſimili diuinæ uoluptate perfruatur. Atq; multi ſolent uoluptatem Epicuri ex honeſtate illius uitæ laudare. Quemadmodum etiam Eudoxi, perinde quaſi ut uiuat philoſophus, non ut loquatur attendendum ſit. At etiam grauiter quandoq; loquitur; ut Stoicum audire putes, imò uerò ut leuis & inconſtans habeatur, ut qui ſæpe propoſiti ſui oblitus eſſe uideatur. Contra quem M. Tullius & eius uoluptatem hic diſputauit, quam Cælius aut debuit defendere, ſi more ſuo contra M. Tullium ſentiebat, aut ut iure reprehenſam tacitus omittere.

VIGESIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

IDem ait: Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna, & copioſa, multa undiq; apportans, multisq; ſine uanitate impartiens, non eſt admodum uituperanda. Atq; etiam ſi ſatiata quæſtu, uel contenta potius, ut ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſionesq; contulerit: uidetur iure optimo poſſe laudari. Hanc ego ſententiam non uideo, quomodo rationi conſentaneam putem. De mercatura enim in uniuerſum quærimus, probanda an improbanda ſit. Si probanda eſt, profectò tam

probari institorem oportet, qui cymbam onuſtam pipere, quàm qui ingentem onerariam nauem ultimis ex regionibus adduxerit. Non enim hic quæſtio eſt de rei quantitate, ſed de qualitate. Quærimus enim, uitium an uirtus in re ſit: quæ qualitatem, non quantitatem ſpectant. Si uirtus ineſt, plane tota laudanda eſt: ſin uitium, tota reijcienda. Veteratoriam artem, & impoſtricem, totam reprobamus: ſiue in re exigua, ſiue magna impoſtura facta deprehendatur. Tota enim mala eſt. Statuariam laude proſequimur, ſiue in coloſsis, ſiue in chamæteris formandis induſtriam oſtendat. Etiam ille Pyrrhichus, qui Rhyparographus uocatus eſt, ex tonſtrinarum & aſellorum pictura ſuam commendationem tulit. Poteſt ergo mercatura, quæ in rerum magnarum magniq; ſumptus conuectionibus agitur, illuſtrior fortaſſe, non melior uideri: quàm quæ in rebus perexiguis uires intendit. Quando quibus modulis quiſq; ſuam metiatur induſtriam, non ab arte pendet, ſed à cuiuſq; facultate. Penetrent alij Euxinum, & ad ultimos nauigent Garamantas, quibus magnas opes fortuna indulſit: atque inde raras & exquiſitas merces conuehant. Huic, qui rerum & fortunarum difficultate premitur, ſat erit, ex Sicilia medimnos aliquot frumenti, aut ex Chio amphoras uini non adeo multas ferre, in ſubſidium laborantis annonæ. Par induſtria, par uoluntas utriuſque: pari mihi quoq; laude uidentur prouehenda. Atq; hic fortè anguſtæ fortunæ inſtitor, maiorem uideatur aliquibus gratiam emereri, quod leuiore quæſtu propoſito, paria tamen maris cœliq; ſæuientis pericula non reformidarit. Cato enim quodam ſciſcitante, quid ſibi de mercatura uideretur, non mercaturam damnauit: ſed magnitudinem periculorum, quæ à mercatoribus perſæpe adiri ſolent, exhorruit. Quis enim

iure

iure mercaturam qualis qualis et quantulacunq; eſt, improbauerit? Cuius ope factum eſt, ut humano generi innumera commoda proueniant, & totus propè orbis in communionem ueniat. Rectius Ariſtoteles: qui non in quantulis rebus, ſed in quibus euigilaret mercatura obſeruauit. Nam quæ diſtrahit ea quæ ſibi profuſius ſuppetunt, quæq; commodis hominum inſeruit, hanc recipiendam approbandamq; exiſtimauit. Contrà, quæ uilius emit quædam, ut deinde charius uendat, & (& quod in monopolijs maximè fieri ſolet) publicam flagellat annonam (cui etiam uocè Græca καπηλικὴν nomen fecit) hanc prorſus exploſit. Haud multò ſecus, & quæ inſtrumenta luxuriæ ſuppeditat, eſt ciuitate iure exturbanda. Sic Lycurgus eos, qui delitias & ſcitamenta gulæ apparabant, exilio multauit. Sic Romani eos urbe eiecerunt, qui uicto Antiocho, & Aſia in poteſtatem redacta, exotica unguenta nundinabantur.

IACOBVS GRIFOLVS AD uigeſimam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

MAlè ſtatuiſſe Tullius de Mercatura Cælio uidetur. Putat enim ſi tenuis ea ſit, eſſe ſordidam: ſin magna, & copioſa, multa undiq; adportans, multisq; ſine uanitate impartiens, non eſſe admodum uituperandam, atq; etiã ſi ſatiata quæſtu, uel contenta potius, ut ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros, poſſeßionesq; contulerit, uideri iure optimo poſſe laudari. Hæc autem ſententia nequaquam Cælio rationi conſentanea uidetur. Itaque à definita quæſtione ad infinitam rem traducit. Vt de ſingulis partibus idem, quod de uniuerſo genere ſtatuatur. Atq;

dit de qualitate non de quantitate quæri. Cui facilè ſic reſponderi poteſt. Omnis pecunia, quæ œconomiæ non ſeruit improbanda eſt, quæ uerò ſeruit eſt probanda. Nam ut in primo Politicorum inquit Ariſt. cura, & diſciplina rei familiaris, quia eſt neceſſaria, & ſecundum naturam, laudanda eſt: mercatura uerò, quæ poſita eſt in pecunijs, quia eſt contra naturam, uituperanda. Tum omnis mercatura, quæ principium, & finem commutationis ſuæ poſitum habet in nummo, deſiderium habet infinitum. Inquit enim idem Ariſtot. earum rerum, quæ ad finem ducunt, finitum eſſe deſiderium. Contra uerò earum, quæ pertinent ad finem, infinitum. Nullus enim eſt, qui finem ipſum adeo bonum, atque perfectum conſequatur, quin perfectiorem optet. Quod autem ducit ad finem certam menſuram habet: Vt medicinæ finis eſt infinitus. Nam etiam ſi nobis ſanitatem medicina pariat, tamen eam perfectiorem ſemper exoptamus. Medicinam uerò iuſta dati menſura poſcimus. Cùm igitur mercaturæ finis ſit pecunia, infinita eſt eius cupiditas. Contrà uerò in cura rei familiaris accidit. Hæc enim pecuniam quærit non ut finem, ſed ad uſum neceſſarium totius domus, qui eſt finitus. Vnde familiaris cura finitam cupiditatem habet. Dico igitur ex Ariſt. ratione eam mercaturam, quæ ad uſum neceſſarium domus referatur, & propoſitum illum finem habeat, eſſe ab omnibus probandam, quia non abhorret à natura: quæ uerò pecuniã propter ſe quærit, & expetit, uituperandam, quia diſſentanea eſt naturæ. Ex quo conficitur uniuerſam mercaturam nõ ut Cæl. uult probandam eſſe, uel reijciendam. Redeamus nunc ad M. Tul. & quænam ſit eius mens conſideremus. Is mercaturam omnem illiberalem eſſe dicit, præter eam, quæ ſatiata quæſtu, uel contenta potius ſe in agros, poſſeſſionesq́;

contulerit. Hæc enim uidetur iure optimo laudanda. Quid ita? quoniam contenta quæſtu iam quieſcit, & finem cupiditati fecit, ac uſus rei familiaris rectam rationem habuit. Reliqua omnis mercatura ſordida, & illiberalis eſt. Hoc eſt homine libero indigna. Proferat nunc aliquis, ſi poteſt, aliquem Phil. qui mercaturam inter artes liberales numerauerit. Equidem inuenio Platonem in libro de leg. octauo, negare mercatores, & opifices omnes eſſe ciues, quod idem in tertio Politicorum Ariſt. confirmat. hoc definiens, ciues propriè non eſſe, ſed eos tantum, qui Rempublicam adminiſtrant. Quòd illiberale eſt, in homine liberali poteſt laudari? quis hoc cuiquam conceſſerit? uerùm Cælius Ciceronem putat quæ tenuis ſit mercaturam uituperare, eam uerò, quæ magna ſit, & ampla laudare. & ideo de qualitate non de quantitate in quæſtionem eſſe dicit. Sed fallitur. Nam & de quantitate eſt quæſtio, neque magna, & copioſa mercatura laudatur, uerùm non admodum, id eſt omnino uituperatur. Nam perſæpè in eo ſenſu M. Tullius hanc particulam uſurpat. Vt in Bruto. Nam planè inquit perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facilè dixeris. & de Oratore nihil admodum ſcripti reliquit. Quòd ſi placet admodum pro multum hic eſſe poſitum, non laboro, dum intelliguntur tenuem mercaturam eſſe prorſus uituperandam: copioſam uerò, quæ multa undique apportet, multisq́; ſine uarietate impartiatur, non omnino ſeu multum uituperandam. Vbi oſtenditur utranq; ſordidam, & illiberalem accipi oportere, ſed in eo differre tantum quòd illa magis, & hæc minus uituperanda ſit. Parum enim tenuis prodeſſe poteſt uel alijs, uel ſibi, niſi mentiatur. Copioſa uerò multū ſine uanitate, et multis prodeſſe poteſt. At, quæ ſatiata quæſtu in agros iam ſe contulit, propterea laudari poteſt, quòd ad uſum neceſſa-

rium domus quæſita uidetur eſſe, ut eius domini iam uerè ſint diuites appellandi. nam qui frumento, uino, oleo, & rebus eiuſmodi abundant, diuites potius ab Ariſtot. dicuntur, quàm bene nummati. Homines enim ſine pecunia quidem, ſine ijs uerò fructibus, qui ex terræ cultu percipiuntur uiuere non poſſunt. At dicet aliquis, Plato in ciuitate ſua mercatores ait eſſe neceſſarios, ut ea exportent, quibus ciuitas abundet, & ea, quibus careat, importent. Rectè id quidem, ſed etiam baiuli, & qui cloacas, & latrinas purgent ſunt in ciuitate neceſſarij, uerùm artes eorum ſordidæ ſunt, & illiberales. Ita etiam mercatura eſt neceſſaria illa quidem, ſed tamen illiberalis: ſed idem Plato magnos omnino quæſtus in ciuitate fieri prohibuit: nam ſuis mercibus neſciunt quidem finem ſtatuere. Sic igitur intellige mercaturam hominem liberalem minimè decere: decere autem illiberalem, & eſſe ciuitati neceſſariam, nec ob eam rem tamen liberalem. Ita conſtare iam reor Ciceronē cum maximis philoſophis optimè conuenire, nec ſua ipſius tantum autoritate, ſed etiam Platonis, & Ariſtotelis defendi poſſe.

VIGESIMAPRIMA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

ILlud nō prætermittam aliquos fortaſſe noſtræ huic Diſquiſitioni ita poſſe occurrere, ut officij definitionem non prætermiſſam contendant: quum poſt perfecti & medij officij diuiſionem, utriuſq; definitionem ſubiunxerit. Sic enim inquit Cicero. Hoc autem commune officium uocant, atque ſic definiunt, ut rectum quòd ſit, id perfectum eſſe definiunt. Medium autem officium id eſſe dicunt, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poßit. Quorum opinioni rectè ita re-

ſponderi poſſe arbitror, multum ſcilicet intereſſe, an quis genus, an generis formas differentias'ue definiat. Perfectum autem & medium officium non eſſe genus, ſed duas generis differentias. Diuiditur enim officium in perfectum & medium, Sicut animal in rationale & irrationale. Quòd ſi quis utrunque per ſe definierit, non is in commune animal definiſſe exiſtimandus eſt: quando in definitione generis, puta animalis, differentiæ omnes ueluti rationalis & irrationalis includuntur. Tam enim rationale quàm irrationale animal eſt, ſi Platonicis credimus. At quum genus partimur, ſuæ cuique parti ſua differentia tribuenda eſt. Quo fit, ut longè diuerſa ſit generis formarumq; difinitio. Genus omnes differentias complectitur: quæ deinde ſeorſum generi additæ, ſingulas formas pariunt. Sic perfectum, ſic medium officio adiunctum, duas ſeparatas formas efficiunt: quarum unaquæque ſua contenta eſt differentia, quum tamen omnes intra generis complexum deliteſcant. Quare ut ad inſtitutum redeam, permulti intereſt, an quis in uniuerſum genus, an generis formas definiat. Ex quo facilè nobis conſtare poteſt, officium quatenus genus eſt, non eſſe definitum: cuius definitionis Cicero nobis expectationem concitauerat. Quòd ſi illud quoque exactius explorare lubeat, qualis ſcilicet hæc ipſa ſit medij perfectiq; officij definitio: eam profectò parum idoneam, parumq; accommodatam cognoſcemus, ad officij naturam ſubſtantiamq; declarandam: ut pote cui genus, hoc eſt caput ipſum definitionis deſit. Quid enim deſignat? Perfectum eſt id, quòd rectum ſit. Aut Medium id eſſe dicunt, quòd cur factum ſit ratio probabilis reddi poßit. Sanè hoc nihil eſt, mea quidem ſententia, quàm in uitium illud incidere, quòd Græci ταυτολογίαν *dicere ſolent: quum idem ſe ipſo exprimitur. Dic enim per Muſas*

rogo,

rogo, quid pronomen ID, *eo loco tibi ſignificet. Quippe mihi officium repetit, ut ita interpretari ſit neceſſe : Perfectum officium eſt id officium, quod rectum ſit. & medium officium eſt id officium, quod cur factum ſit probabilis ratio reddi poßit. Quæ omnino abſurda, & Cicerone ipſo indigna eſt repetitio: tum quæ ad officij ſubſtantiam indicandam ſit omnino ſuperuacua. Quòd niſi hanc interpretationem approbemus, periculum eſt, ne protinus in paralogiſmum illum Sophiſtarum incidamus, quum dicunt : Officium perfectum ex definitione Ciceronis eſt, id quod rectum ſit: ſed perpendiculum eſt, id quod rectum eſt: Nihil ergo repugnant, quin perpendiculum ſit officium. Huius argumenti maxima propoſitio in promptu eſt: Cuicunq; competit definitio, eidem competit definitum. His adde, quod perfecti officij definitio medio officio, & uicißim medij officij definitio perfecto bellißimè accommodari poteſt. Nam & perfectum officium eſt id, quod cur factum ſit probabilis ratio reddi poßit. Neque enim quiſquam puto tam contumax eſt, qui ſine probabili ratione perfectum officium geri contendat: aut medium officium eſſe, id quod rectum non ſit. Alioqui ſi rectum non eſt, peruerſum ac præpoſterum id eſſe fateamur oportet.*

VIGESIMASECUNDA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

CIceronis uerba ſunt : Ex quatuor autem locis, in quos honeſti naturam uimq; diuiſimus, primus ille, qui in ueri cognitione conſiſtit, maximè naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem

autem & errare, neſcire & decipi, & malum & turpe ducimus. Soleo ego apud familiares meos, qui mecum incredibili amore atque admiratione Ciceronis tenentur, perſæpe teſtari, non aliud uolumen mihi uideri negligentius à Cicerone conſcriptum, quàm hoc de Officijs: ut propemodum aliud agens hoc egiſſe uideatur. Quod ego inde profectum arbitror: quòd eo tempore Ciceronis animus, ſublato C. Cæſare è rebus humanis, uarijs curarum fluctibus agitaretur: atque hinc Octauio, qui deinde Auguſtus appellatus eſt, ſtuderet: inde Antonium acerrimè oppugnaret, neutri ſatis fideret. Quare mihi uideor animaduertere, hæc à Cicerone in ſummis animi auocationibus literis mandata. Niſi enim hoc foret, qui fieri poteſt, ut tam diuinum ingenium, tanta eloquentia illuſtre, tot diſciplinarum præſidijs munitum, tam oſcitanter multa effuderit: neque in his ſolum quæ ad morum cognitionem, ſed & quæ ad dicendi facultatem pertinent. Id quod habeo perſuaſum, multis uiſum iri admirabile: qui ſententiarum dulcedine capti, quæ hoc libro continentur, quibusq; uita egregiè inſtitui poteſt, nullum aliud uolumen huic præferendum exiſtimarunt, atque illud Plinianum frequenter in ore habent: Hæc uolumina non modo in manibus habenda, ſed etiam ediſcenda eſſe. Quod ego tamen non de his tantum uoluminibus de Officijs, ſed de omnibus quæ feliciſſimo illo Ciceronis calamo conſcripta ſunt, à Plinio dictum arbitror. Quod uerò ad dicendi rationem pertinet, ſiquando aliàs deſipiendi otium dabitur, puto me id facilè poſſe certis aliquot teſtimonijs obtinere. At nunc quod oſtendendum ſuſcepimus, id pro uirili proſequamur. Illud primum uideor mihi dicturus, Ciceronem prudentiam ſcientiamq; non rectè permiſcuiſſe: quum hæc duo multum inter ſe diſſideant. Prudentia ſiquidem in con-

ſultatione tota conſiſtit, quum ſcilicet nobiſcum ipſi quid ſe-quendum, quid'ue fugiendum ſit, perquirimus. Quæ ſanè dijudicatio in ijs ſolum poſita eſt, quæ aliter atque aliter ſe habere poſſunt. Nam de certis ac exploratis, non eſt quod quiſquam conſultationem ineat. Quare neminem inueneris, qui de capeſſenda homini fœlicitate quicquam dubitet: quando fœlicitatem ſibi omnes mortales pro fine ſtatuunt. Sed quibus rebus fœlicitas ſtatuenda ſit, hoc eſt demum quod propè omnibus ſeculis atque in omnibus diatribis in diſquiſitionem uocatum eſt: alijs uoluptatem, alijs uirtutem, alijs alia comprobantibus. At ſcientia, utpote quæ in demonſtratione poſita eſt, ex ijs pendet, quæ eodem modo ſemper conſtant, quorumq; principia aliter ſe habere non poſſunt. Neque enim eorum haberi poteſt demonſtratio, quorum principia euariant, atque inter ſe diſſentiunt. Quod ut melius intelligi poſſit, ſciendum eſt, duas eſſe animæ rationalis partes: quarum altera ſolemus ea contemplari, quorum principia in diuerſum abire non poſſunt: altera ea intuemur, quæ deſultorijs & alternantibus principijs prodeunt. In priore ſcientiam, in poſteriore prudentiam ſtatuimus. Ob id rectè dictum putamus, prudentiam circa contingentia & incerta, ſcientiam circa certa & neceſſaria uerſari. Prudentiam in parte opinabili intellectus, quàm διανοητικὴν Græci uocant: ſcientiam in parte optimate ſedem habere. Illam de particularibus, hanc de uniuerſalibus: illam de rebus humanis, hanc de rebus æternis decernere. Quum itaque uirtutes omnes quæ ad mores pertinent, rerum agendarum officij'que delectum habeant: prudentia una eſt, quæ inter eas plurimum eminet, & apud omnes quaſi architecti uice fungitur: uiam'que deliberandi aperit, & ad præſcriptum quodammodo limitem perducit. Quare in

prudent

prudentia uim ſubducendi, in ſcientia uim cognoſcendi eſſe dixerunt: ſcientiam'que nullis fructibus agi, ſed ablegato omni affectu ſuas implere functiones. Contrà prudentiæ partes eſſe, uarias rationes inire, uarijs'que excurſibus agi, donec quid agendum, quid fugiendum ſit conſtituerit. Iis adde, quòd prudentia circa res geſtas ſe minimè exercet, ſed futura tantum ſibi proponit: at ſcientia uerſatur in his, quæ neque deſierunt, neque unquam deſitura ſunt. Sic Philoſophos ſapientes, multarumq; ac maximarum rerum capaces uocamus: prudentes nequaquam, utpote qui in re familiari, in Repub. in communi deniq; uita conniuent, ſuntq; omnibus his in rebus plus nimio negligentes. Hinc Thaletem ab ancillula deluſum accepimus, quòd cœleſtes ambitus explorans in foueam concidiſſet. Vnde illud uetus: Qui quæ ſunt ante pedes non uidet, cœli ſcrutatur plagas. Quin & belluas nonnullas prudentiam habere dicimus, ſeu maius quandam prudentiæ imaginem. Nam & nidulos admirabili artificio futuræ proli architectantur, quam deinde alunt incredibili ſolertia: in futuras etiam tempeſtates proſpiciunt ea, quæ uitæ neceſſaria augurantur. Contrà nulli belluarum ſcientiam irrogamus, quòd uis excurrendi conficiendi'que ſyllogiſmi in nulla agnoſcatur. Hoc eſt ſcilicet, quòd non facile inuenias, qui aberret in ijs quæ ad ſcientiam pertinent. Atqui in ratione ſubducenda, & delectu rerum faciendarum, prudens ſæpe fallitur. Et licet diligens conſilium adhibeat, id tamen non poteſt incertum non eſſe, quum in rebus fortuitis admoueatur. Conſilio uerò ſcientia minimè indiget, utpote quàm breui tempore, boni opera præceptoris adſequi poſſumus. Maturè autem conſulendum eſt, ut iam in prouerbium abierit: Moram nulli rei eſſe præterquàm conſilio ſalutarem. Illud'que uetus frequenter

uſurpa

uſurpamus: Romani ſedendo uincunt. Ob id rectè dictum eſt à maioribus, prudentiam fortuna egere, ut ſummam aliquando uoti adſequatur: quum ſcientia ſit longè ſuprà fortunam poſita, eiusq; præſidio minimè egeat. Quid quòd iuuenes ſcientiam ſibi comparare poſſunt, puta Geometræ & Muſici effici poſſunt: quando ſcientia uniuerſalibus conſtat. Sed iuuenem prudentia præditum non facilè inueneris: quando hæc à particularibus pendet, quorum notioni præfecta eſt experientia. Atqui hanc iuuenes ob ætatem aſſequi non poſſunt. Hoc quoque inter prudentem ſcientem'que diſcrimen agnoſcimus, quòd prudens nemo eſt, niſi bonus idem ſit, ſi Ariſtot. credimus: ſciens malis peruerſis'que moribus etiam uti poteſt. Nam prudentiæ oppoſita eſt uerſutia: ſcientiæ uel ſola inſcitia, uel nihil eſt oppoſitum.

Voluptas ac dolor ex confeſſo nullum inuehunt ſcientiæ uitium. Nam qui uoluptate fruitur, aut dolore torquetur, nihilominus compertum habet, triangulo treis ineſſe angulos duobus rectis pares: at prudentiam dolor æquè ac uoluptas interpellat. Prudens enim perſæpe manus dat affectibus, & nunc odio, nunc amore huc uel illuc rapitur. Ex quo temperantia conſeruatrix prudentiæ dicta eſt, & inde σωφροσύνη nomen nacta eſt apud Græcos. Denique non ſcientia, ſed prudentia iter illud præmunit, quod ad rectum uirtutis propoſitum nos aliquando perducit. Scientia ad mores parum confert. Nam ſi percunctetur quis, an bene moratus ſit Pericles: non ſcientem, neque ſapientem, ſed uel prudentem, uel iuſtum, uel liberalem reſpondemus, uel alio quopiam uirtutis titulo eum exornamus. Prudentia præterea ad agendum pertinet, rerum'que agendarum delectum habet. Nam omnis uirtutis laus in actione conſiſtit. At ſcientia non in actione, ſed

in mul

in multarum optimarumq; rerum diſciplinarumq; cognitione uerſatur.

IACOBVS GRIFOLVS AD VIgeſimamſecundam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

VEnimus tandem ad eum locum, in quo, ut ueré dicam, Cælius nimium ſe iactat, itaq; ſi unquam aliàs modeſtiam eius deſideraui, nunc eam maximè deſidero. Quod ſi, ut par fuit, prius diſcere uoluiſſet quid apud M. Tullium ualeat nomen ſcientiæ, quàm eius ſententiam aut orationem reprehendere auderet, nõ tantum laboraſſet in demonſtrando quid ea differat à prudentia, perinde ac ipſe ſolus ea legerit apud Ariſt. quæ nota ſunt omnibus. Sed nequid prætexire uidear, cogor ea tibi exponere, quæ per te habes cognitiſſima, ut hoc nomen ſcientiæ non ſemper apud Ciceronem earum eſſe rerum, quæ cauſas habent neceſſarias, uerùm ſæpe uſurpari pro arte, pro cognitione, pro prudentia. Quam quidem proprietatem ſi Cælius didiciſſet, non ita ſibi delirare Cicero uiſus eſſet, ut eum nec attendere quid dicat, nec Latinè ſcire iudicaret. Nam cognita uerborum, ut ferè nulla eſſe poteſt, ambiguitatis cauſa, (neq; enim uideo cur ſcientiam pro cognitione Cicero uſurpet) Cælius eum non debeat imitari, niſi, ut plerunq; facit, elegantiam Latini ſermonis, & puritatem uelit aſpernari. Nam in oratione Latina tantum ualet Ciceronis autoritas, ut quo ipſe uſus non ſit, uix Latinum eſſe uerbum uideatur. Ne igitur à Cælio diſcamus, quænam ſit ratio Latinæ linguæ, dico ſæpe à Marco Tullio non eam intelligi ſcientiam, quam in Ethicis definit Ariſt. eſſe habitum concluſionis per demonſtrationem acquiſitum, ſed eam, quæ cognitionem, comprehenſionemq;

nemq; ſignificat, itaq;, ut in alijs quoq; nominibs idem ſignificantibus perſæpe fecit, cognitionem, & ſcientiam liben tiſſimè coniungit. Vt in libro de Orat. cognitio inquit rei, ſcientiaq; perquiritur. Et de Fin. quicquid porrò animo cernimus, id omne oritur à ſenſibus, qui ſi omnes ueri ſunt, ut Epic. ratio docet, tum deniq; poterit aliquid cognoſci, & percipi, quos qui tollunt, & nihil poſſe percipi dicunt, ij remotis ſenſibus ne id quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt. Præterea ſublata cognitione et ſcientia tollitur omnis ratio & uitæ degendæ, & rerum agendarum. Vbi uides cognoſcere, percipere, & ſcire eandem uim habere. Cùm enim cognoſci, & percipi dixiſſet, cognitio, & ſcientia pro præceptione induxit. Rurſus in tertio de Fin. innatus eſt inquit omnibus cognitionis amor, & ſcientiæ. Iam uerò Latinè dicimus cognoſcere ius ciuile, & ſcientiam eiuſdem facultatis, quid eſt præterea ſcientia pertractandorum animorum? ars opinor. Vnde Stelenus ſciens pugnæ dicitur ab Horatio, & Cicero de Fin. ſcientiam dixit ſuam cuiuſq; artis. Quid Ariſt. non'ne etiam ipſe ἐπιστήμην pro arte ponit cùm aliàs ſæpe, tum in ſecundo Eth. cùm de mediocritate, & ſubſtantia uirtutis diſputat? inquit enim οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ, καὶ τοῦθ' αἱρεῖται, μέσον δὲ οὐ τὸ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, & ſequitur, εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον ἐπιτελεῖ πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα, & quæ ſequuntur. At etiam Alcinous Platonicus prudentia inquit, quæ & ſcientia eſt, propria unicuiq; tribuit. Ergo cum his errauit Cicero, ac ita errauit, ut in primo de Orat. prudentiam pro ſcientia cum cognitione coniunxerit his uerbis. Quæro num in Senatu de omni Reip. genere dici ſine ſumma rerum ciuilium cognitione, & prudentia poſſit.

Ac alibi prudentiam iuris publici dixit pro ſcientia. Vt autem melius cognitionem, & perceptionem, & comprehenſionem, & ſcientia idem eſſe uideas, ſic idem in Academicis *quæſt. ait.* Nec *definiri aiebant neceſſe eſſe quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi uerbum è uerbo uolumus, comprehenſio, quàm* κατάληψιν *illi uocant.* Hic *uidemus tribus* Latinis *uerbis eandem unius Græci uim expreſſam.* Paulò *uerò pòſt ſcientiam comprehenſionem uocat.* Inquit *enim, maximè uerò uirtutum cognitio confirmat percipi, & comprehendi multa poſſe: in quibus ſolis ineſſe ſcientiam dicimus, quàm nós non comprehenſionem modo rerum, ſed etiam ſtabilem, & immutabilem cenſemus.* Quo *in loco ſcientiam eſſe aliud cernimus, cùm ſimplex eſt comprehenſio alicuius rei, quæ uariari poteſt, aliud cùm ſtabilis, & quæ nullam ſit unquam mutationem habitura.* Tunc *eſt enim earum rerum, quæ ſtabiles ſunt quales ſunt uirtutes, quæ dicuntur animi habitus naturæ, & modo, & rationi conſentanei, quæ quidem uis eſt prudentiæ.* Vnde *Ariſtot. in* Ethicis, Virtus *eſt, inquit, habitus cum prudentia.* Nam *quod habitus ſit permanens ac difficilè remoueatur, non ſolùm* Ariſt. *ſed etiam à puero docuit* Mar. Tullius, *quippe qui in libris de inuentione eum definit eſſe animi aut corporis conſtantem, & abſolutam aliqua in re perfectionem, ut uirtutis, aut artis perceptionem alicuius, aut quam uis ſcientiam.* Ex *his arbitror cuiq; iam conſtare poſſe cognitionem, perceptionem, comprehenſionem, ſcientiam, & prudentiam pro eodem accipi ſolere, & ſine ſuſpitione ignorantiæ coniungi poſſe.* Quod *ſi ita eſt, quid attinuit afficere grauiſſimum ſcriptorem tanta contumelia? quia dixit omnes trahi ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem, quoniam prudentia maximè naturam attingit huma-*

nam. Quaſi uerò prudentia non ſit ſcientia, ut Platonici teſtantur, nec ad eam pertineat cognitio, ſcientiaq́; rerum, aut hæc aliena ſint ab humana natura. An quòd hæc Cælio non probantur, impropria, & barbara ſtatuemus eſſe? hæc Cælius ſcribebat, & adhuc otium deſipiendi melius optabat? parum me hercule ſibi conſtitiſſe in tanto ſuo otio, & quiete uidetur, dum M. Tullium grauiſsimis actum perturbationibus parum ſibi conſtitiſſe prædicabat. Vexabatur ille quidem illis ciuilium perturbationum fluctibus, ſed nulla unquam tempeſtas potuit eſſe tanta, quæ conſtantiam illius mentis perturbaret. Cuius quidem rei indicio nobis ſunt tot clariſsimæ actiones eius, & hi prudentiſsimi, & accuratiſsimi officiorum libri, quos quidem, ut teſtatur ipſe Cælius, difficillimis temporibus, ex inquietiſsimis conſcripſit. Quo fit ut uerear ne familiares Cælij, apud quos illa uiri ſumma induſtria, ingenio mirabili, doctrina excellentiſsima, & diligentia ſingulari præditi tantam, & toties negligentiam accuſabat, ipſius potius Cælij amore incredibili, atq; admiratione tenerentur, quàm ut ille ait Ciceronis. Vix enim ſemel eum tam iniquum in Ciceronem iudicem ferre potuiſſent. Atq; omnia, quæ ex Ariſtotele ſumpſit, ut quot rationibus ſcientia differat à prudentia doceret, uera illa quidem eſſe confirmaſſent, ſed tamen ut parum neceſſaria improbaſſent. Nam Cicero nec uoluit eſſe Ariſtotelicus, & aliud dixit, quàm ſit à Cælio reprehenſum.

VIGESIMATERTIA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

FVndamentum autem Iuſtitiæ eſt fides, id eſt dictorum conuentorumq́; conſtantia & ueritas. Mallem dixiſſet, fidei fundamentum eſſe iuſtitiam. Fides enim ad

iuſtitiam refertur, non iuſtitia ad fidem. Tolle *fidem, erit tamen adhuc locus iuſtitiæ, magnaq́; eius portio ſuperſtes manebit.* Quod *ſi quis clementius cum* Cicerone *agere uelit, dicet fidem, ſiquid fides ad iuſtitiam fulciendam pertinet, uix unius particulæ fundamentum eſſe poſſe.* Quum *enim iuſtitiam duobus faſtigijs metiamur, uniuerſali altero, quo iuſtitiam interpretamur publicam naturæ legem, ab ipſis primùm natalibus mortalium animis inſitam, qua bonum malumq́; ſecernimus: uidemus quid appeti, quid refugi oporteat, cuius deniq; complexu omnis uirtus clauditur, ex quo carmen illud apud* Græcos *effluxit,* ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστί. Et tritum illud: Neq; *heſperum, neq; luciferum æquè eſſe admirabilem.* Alterum *eſt iuſtitiæ faſtigium, minus illud quidem uniuerſale: utpote quod iuſtitiam unam, non reliquas etiam uirtutes complectatur.* Sed *& hoc quoque biceps eſt.* Altera *diſtributiua iuſtitia, quæ à* Græcis διανεμετικὴ *dicitur, continetur: ad quam* Geometricam *proportionem referimus.* Hæc *ea eſt ſcilicet, quæ imperia, honores, magiſtratus, cuiq; pro dignitate diſpenſat.* Altero *ea iuſtitiæ pars includitur, quæ* ἀλλακτικὴ *uocatur à* Philoſophis, *& ad contractus conuentionesq́; hominum refertur, in qua* Arithmetica *uerſatur proportio, quum ſcilicet omnibus ex æquo, quod ſuum eſt impenditur.* Ad *hanc ſponſionum æqualitas, ad hanc ſpectat iuriſiurandi ſanctitas.* In *hac una fides, id eſt dictorum conuentorumq́; conſtantia dominatur, nam in cæteris quas diximus partibus, non uideo cui uſui eſſe poßit. certè in eis aut nullum, aut omnino peranguſtum, mea quidem ſententia, locum habere poteſt.*

IACOBVS GRIFOLVS AD *uigeſimam tertiam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.*

FVndamentum autem Iuſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum, conuentorumq́; conſtantia, & ueritas. Offenditur hoc quoq; ioco Cæl. atq; ait iuſtitiam potius eſſe fidei fundamentum, quàm contrà, latius enim patet iuſtitia, quàm fides, nam tolle fidem, inquit, erit adhuc locus iuſtitiæ, magnaq́; eius portio ſuperſtes manebit. rectè Cælius, ſi Cicero hic eam iuſtitiam intellexit, quæ lex eſt naturæ, & in omnes uirtutes diffunditur, ſin autem de ea tantum iuſtitiæ parte loquitur, quæ pertinet ad contractus, conuentiones, res creditas, & huiuſmodi, decipitur omnino Cæl. at non ita ſunt obſcura Ciceronis uerba, ut ambigi debeat, de qua iuſtitia loquatur. inquit enim, homines hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſent. in hoc debemus naturam ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem. Huius autem ſocietatis, qua ferè omnes intelligimus uitæ quaſi communitatem contineri, an firmius eſſe poteſt ullum fundamentum, quàm fidei? non'ne, hæc eſt ea pars iuſtitiæ, quæ ſublata fide conſtare non poteſt? quod autem M. Tullius hoc intelligat, non ſolùm ex fidei definitione patet, quam eſſe dictorum, conuentorumq́; conſtantiam, & ueritatem ait, ſed etiam ex ethymologia. Inquit enim credamusq́; quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Quod autem fides humanam ſocietatem conſeruet, idem etiam in ſecundo offi. confirmat, cum dicit, nec enim, ulla res uehementius Remp. continet, quàm fides, quæ eſſe nulla poterit,

niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Quare pro Pomp. Rom. *inquit ſolutione impedita fidem concidiſſe. In partitionibus uerò expreßius ait,* Iuſtitiam in rebus creditis fidem nominari. *Et pro* Quintio *ſocietatem fide edi. ex quibus locis conſtat Ciceronem dixiſſe fidem, non ut Cælius opinatur, eſſe fundamentum legalis iuſtitiæ, in qua omnes reliquæ uirtutes includuntur: uerùm τῆς ἀλλακτικῆς, quæ ad permutationem rerum pertinet: & eſt prima pars iuſtitiæ. De liberalitate uerò altera ſcilicet iuſtitiæ parte non ita multò pòſt inquit, nitendum eſt ut pro dignitate cuiq; tribuatur,* Id *enim eſt fundamentum iuſtitiæ.* Ita *utriuſq; iuſtitiæ partis proprium poſuit fundamẽtum.* Et *partitione uſus eſt Ariſtotelica, præterquam quod in uerbo liberalitatis differt. Verùm de eo ſuo loco plenius agetur. Ac his iam Cælij calumniæ ſatisfactum puto.* Vt *autem omnia, quæ ſunt huius loci perſequamur, in primo de legibus* Cicero *fundamentum iuris dilectionẽ eſſe dixit. Etenim ius ſemper uerſatur in æquitate, quæ quidem ſine dilectione ſeruari non poteſt.* Vt *in hoc iuris fundamento, ſit omnis ferè Chriſtianæ pietatis conſeruatio.* Vbi *enim dilectio, ibi locus iniuriæ nullo modo eſſe poteſt, ſed uera pietatis laus, quam rectè* Cicero *pro* Plancio *fundamentum eſſe uirtutum omnium teſtatur. Verùm ſeu dilectionis, ſeu pietatis fundamento (eadem ferè ius eſt utriuſq; uerbi) uniuerſalem niti iuſtitiam uoluiſſe* M. *Tullium exiſtimo. Sed illud etiam uidetur aliquid habere quæſtionis, cur nemini nocere, & communi utilitati ſeruire non longè ab hoc loco iuſtitiæ fundamenta eſſe dixerit.* Nam *ſi fides eſt fundamẽtum* Arithmeticæ *iuſtitiæ, tribuere cuiq; pro dignitate* Geometricæ, *nam uerbis tantum ab* Ariſtotele Cicero *diſſentit, cuiuſnam hæc alia erunt fundamenta? an eiuſdem, cuius eſt fides? Etenim quæ*

fidem ſuam præſtat, is nec quicquam per iniuriam, quod ſuum non ſit, ſibi uendicat, & communi utilitati, id eſt, ſuæ, & aliorum ſeruit. Sed ut ipſius Ciceronis uerbis ex offi. primo ſumptis concludamus, his duobus fundamentis hominum ſocietas ſuſtentatur, tribuendo ſuum cuiq;, & rerum contractarum fide.

VIGESIMAQVARTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

ILlud quoq; uidetur in Diſquiſitionem uocari poſſe, cur Cicero prudẽtiam loco principe inter uirtutes ſtatuerit, quam in quartam demum claſſem, & poſt ipſam iuſtitiam Ariſtoteles collocauerit, quum in fronte & inter anteſignanos fortitudo ordinem ducat. Vterq; ſanè uidetur iuſtis rationibus ſuam tueri poſſe ſententiam. Quando Cicero uidit prudentiam unam eſſe, quæ ſe cæteris ducem uirtutibus præbeat, meritoq; apud Platonem uice oculi fungi. Nam planè ablegata prudentia exoculatæ ſunt omnes, ſuumq; munus implere non poſſunt. Iure itaq; prudentiæ princeps locus debetur. Atqui diuerſa ratio Ariſtoteli perſuaſit, ut in quartum locum eam reijceret. Tres enim priores uirtutes, fortitudinem puta, temperantiam, & iuſtitiam, parti animæ ratione carenti tribuit, eaſq; tantum moralibus adnumerat. Tum demum aliam diuiſionem init eius animæ partis, quæ rationis eſt compos: quum eius partem alteram contemplationi earum rerum, quæ ſemper eodem modo ſe habent, præficit. Quo loco ſcientia & ſapientia imprimis præpollet. Pars uerò altera præſidet conſultationi earum rerum, quæ nẽq; æternæ ſunt, neq; eodem modo ſemper ſe habent. Hic autem prudentiæ primæ partes cedunt, quæ quoniam certo quodam modo inter morales intellectualesq;

leſq; uirtutes ambigit, ex eo in limite utrarumq; conſultò ab Ariſtotele conſtituta eſt, & in quartum denique ordinem tranſcripta. Cæterùm quod fortitudinem ante ipſa principia coordinarit, ideo factum uidetur: quoniam neq; temperantia, neq; iuſtitia, ſine fortitudine eſſe poteſt. nam etſi mutuo quodã inter ſe nexu uirtutes omnes morales contineantur, fortitudo tamen una omnium maximè ad continentiam temperantiamq́;, & rurſus continentia & temperantia ad iuſtitiam pertinet. Quid enim aliud eſt temperantia, niſi aduerſus corporis uoluptates lucta? de quibus uoluptatibus iam euectis atque expugnatis, temperantia propemodum trophæum ſtatuit. Iuſtitia uerò quomodo ſuum unicuique tribuat, aut ſuas alias functiones perſequatur, niſi temperantiam in comitatum adſciuerit? ob hæc iure optimo princeps locus fortitudini fuit tribuendus.

VIGESIMAQVINTA CAELII CALCAGNINI DISQVISITIO.

Cicero & hic & multis alijs locis extollit exemplum illud Reguli, quaſi ſingulare quoddam fidei teſtimonium, quod puto pulchrè & commodè in examen diſquiſitionemq́; poſſe pertrahi. ſed prius ad uerbum ſententiam Ciceronis tranſcribamus. M. Attilius Regulus, quum conſul iterum in Africa ex inſidijs captus eſſet, duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus miſſus eſt ad Senatum: ut niſi eſſent redditi Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipſe Carthaginem. Is quum Romam ueniſſet, utilitatis ſpeciem uidebat: ſed eam, ut res declarat, falſam iudicauit. quæ erat talis: Manere in patria, eſſe domi cum uxore, cum liberis: quam calamitatem

 accepiſſet

accepiſſet in bello, communem fortunæ bellicæ iudicantem: tenere conſularis gradum: quis hæc neget utilia? quæ cenſes? magnitudo animi & fortitudo negat. An locupletiores quæris autores? Harum enim eſt uirtutum proprium, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere: nihil quod homini accidere poßit, intollerandum putare. Itaq; quid fecit? In Senatum uenit, mandata expoſuit: ſententiam ne diceret, recuſauit. quandiu iureiurando hoſtium teneretur, nõ eſſe Senatorem. Atq; illud etiam, ò ſtultum hominem (dixerit quiſpiam) & repugnantem utilitati ſuæ: Reddi captiuos negauit eſſe utile. Illos enim adoleſcentes & bonos duces eſſe, ſe iam confectum ſenectute. Cuius cũ ualuiſſet autoritas, captiui retenti ſunt, ipſe Carthaginem rediit. neque eum charitas patriæ retinuit, nec ſuorum. Neq; uerò tamen ignorabat, ſe ad crudeliſsimum hoſtem & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Sed iuſiurandum conſeruandum putabat. Itaque tamen quum uigilando necabatur, erat in meliori causa, quàm ſi domi ſenex, captiuus, periurus, & conſularis remanſiſſet. Vidit Cicero, quàm parum ſapienter hoc factum ſit à Regulo, occurrit'que aliquot quæſtionibus, quæ intendi potuiſſent. Maluit tamen poſitionem Stoicorum tueri, quàm ex ſententia decedere. Ita enim Ciceronis & ſcriptorum plerunque mos eſt, inſeruire tempori, & quo iure quaq; iniuria propoſito patrocinari. Illud uerò mihi primum petendum duco, quid Regulo perſuaſerit, ut Legationem ſuſciperet ad Senatum, ut ſe hoſtibus iureiurando obſtringeret: niſi impetraſſet, ut captiui redderentur, ſe reuerſurum. Nam ſi hoc iam ſecum ipſe præcogitarat, captiuos reddi non debere: cur fruſtra homo ſenex tantũ itineris, ſuperuacuamq; operam aggreditur? cur hoſti illudit? qui non alia cauſa eum mittendum iudicauit, niſi ut operam daret adniteretur'q;, ut cap

ut captiui redderentur. At Regulus non modo ea parte hoſtem fallit,quod de reddendis captiuis nihil agit:neq; liberum iudicium, ut par erat,ſenatui relinquit: ſed ipſe contra fidem ac iuſiurandum,contra morem patriæ(neq; enim erat facultas ei ſententiam dicendi in Senatu:neq; ciuis,neque Senator erat:ſed maxima capitis diminutione perculſus. atque interim dum erat hoſti obſtrictus, nulla erat ſpes cōſequendi poſtliminij.) Ille inquam contra datæ fidei ſacramentum, non modo non ſuadet faciendum quòd ſuadendum ſuſceperat,ſed quantum poteſt hortatur ne id fiat,cuius cauſa legatus aduenerat. Quid eſt obſecro præuaricari ſi hic non præuaricatur?quid fidem frangere ſi hic fidem non frangit? At patriæ utilitatem (dicat aliquis) fide hoſtibus data multò antiquiorem habuit. Verùm hoſtes non utilitatis patriæ gratia, neque ut ſuorum beneficio inſeruiret, ei legationem ad Senatum demandarunt : ſed ut rem Carthaginienſium procuraret,eaſq; partes obiret,quæ ad fidem tanti uiri pertinere uidebantur. quid quòd neq; ſuum, neq; ſuorum commodum uidetur ſatis intellexiſſe, quum patriam tanto ciue, ampliſſimum ordinem tam eximio Senatore, totam denique Rempub. tam forti imperatore orbauit? Atqui captiui illi, adoleſcentes, & boni duces : ipſe ſenex, & propè inutilis Reipub. Quomodo inutilis, qui tanta adhuc prudentia,tanta pollebat animi conſtantia? qui tanta patriam charitate complectebatur? An tu hunc inutilem,dum uiuit,exiſtimare audes? An inutilis Appius, qui & ſenio confectus, & captus oculis,Pyrrhum non admittēdum intra urbem cenſuit, præclara illa oratione,de qua Ennius: Quo uobis mentes,rectæ quæ ſtare ſolebant Antehac, dementi ſeſe flexere ruina? An Cato? qui ſuprema propè ætate, dum ſecuritati poſteritatis conſuluit, arrepta recentis fici occaſione Carthaginem de-

lendam perſuaſit. nam protinus tertium bellum Punicum decretum eſt, quo deinde Carthago interijt, quo tempore Cato iam è uita emigrarat. Quos uerò tu mihi adoleſcentes narras? quos duces obijcis? Ceu uerò neſciamus præclaram illam Africani ſententiam, qui unum ſe malle ciuem ſeruare, quàm multos hoſtes occidere profitebatur. At tu mihi ſæpius fidem, iuſiurandum, promiſſorum conſtantiam ingeris. quaſi uerò ego aduerſus hæc non poßim uxoris & liberorum, & totius familiæ amicorumq; beneuolentiam, tum etiam patriæ charitatem, & cætera neceßitudinum pignora regerere. Adde amoris uinculum, quo quiſq; ſibi naturæ inſtinctu deuincitur. Eſt id ſanè tenacißimum, atq; arctè nobis impreſſum. Quod quum omnibus inſitum eſſe debet, tum ijs maximè, qui de ſocietate hominum, qui de rebus mortalium poſſunt bene mereri. ut eo quiſq; impenſiorem curam ſibi ac ſaluti ſuæ impendat, quo poteſt melius ac prolixius communi hominum conſortio accommodare. Turpe enim eſt, & propè impium, eum non ſe tanti facere, quanti uirtutes & ſplendor animi & rerum à ſe geſtarum gloria poſtulat. Quare ego pace tanti uiri, non adeo Regulum laudauerim, qui uolens ac ſciens in eum ſe locum coniecit, qui ſibi atrocißima ſupplicia & exitium cum ſumma ſuorum ciuium iactura excitauit. Quid uerò dicam, quod ſæuißimorum etiam hoſtium cauſam meliorem fecit? qui quum illum acerbißimè torquerent, eum meritas ſuæ perfidiæ, ac τῆς παραπρεσβείας, id eſt, uiolatæ legationis pœnas luere cauſabantur.

IACOBVS GRIFOLVS AD VIGEſimam quintam Cælij Calcagnini Diſquiſitionem.

REſtat ut Reguli grauiſsimi uiri conſtantiam fidei, & miram religionis obſeruantiam defendamus, ut intelligatur Cice. in huius laude non ſeruiſſe tempori, ſed patrocinium ueritatis ſuſcepiſſe. Primum igitur quærendum eſt, num Regulus à Pœnis poſtularit, ut Romam legatus de redimendis captiuis mitteretur. Si negatur, ut res ipſa cogit, confiteamur neceſſe eſt ab hoſtibus petitum eſſe ut eo nomine Romam iret. Non enim ea res ad alium quenquam ſpectare poterat. Quòd ſi ita ſe ſe res habet, rurſus quærendum eſt, num Pœni rebus Romanis, an ſuis ea legatione conſultum uellent. Siquis dicat utriſque, dicat etiam, quæſo, quid cauſæ fuerit, cur mittendum in primis Regulum ad id negotium cenſerent. Nam ſi par fuiſſet Romanorum utilitas, per quemuis legatum res tranſigi potuiſſet: Miſerunt tamen Regulum, quem uirum ſapientiſsimum cognouerant, quem fortiſsimum Imperatorem experti fuerant, cuius autoritatem, & gratiam ſummam eſſe apud ſuos intelligebant. Quare? niſi quòd eam permutationem adeo contra Rempublicam Romanam eſſe iudicabant, ut niſi per uirum gratioſiſsimum, & ſumma autoritate præditum in ea præſertim calamitate conſtitutum id, quòd optabant à Senatu, populoq; Romano conſequi non ſperabant. Exiſtimarunt igitur fore ut ſola huius præſentis gratia, autoritate, miſericordia ſibi obſequi Romani cogerentur. Nam ſi ſecus fuiſſet, Pœni perfidum genus hominum libertatem eius uiri, cuius uirtute toties afflicti fuerant, de quo grauiſsimum ſumere ſupplicium expetebant, ſimplici iureiurando nunquam crediddiſſent. Verùm tanti faciebant illam captiuorum permutationem, ut agere periculosè mallent, quàm, quod ſua plurimum referret, ullo modo intentatum relinquere, nunc ſtatuendum eſt utrum Attilio id faciendum fuerit, quòd hoſtis iubebat, an

quod

quod ad optimum ciuem, grauiſſimumq́; uirum pertinebat, ſi quod hoſtis iubebat, neque bonus ciuis eſſe poterat, neque uir fortis. Quippe qui animo imbecillo, timidoq́; mortis & ſuam, & populi Romani *dignitatem uiolaſſet.* Non *enim id eum fugiebat, ſe libertatis dulcedine ab hoſtibus tentari, ut quod ſibi minus honeſtum uideretur, tamen agere auderet. Quærit hic* Cælius, *quid* Regulo *ſuaſerit, ut eam legationem ſuſciperet.Præter ea,quæ* M. Tullius *ad hanc quæſtionem attulit, hoc adde quòd uerebatur ne, ſi non ſuſcepiſſet gratia propinquorum, & amicorum ſuorum, tamen eorum, qui ſecum in eadem erant calamitate, ſenatus captiuos permutaret.*Voluit *enim uir fortiſſimus,ut poſtea quoq; de illis octo millibus, quos* Annibal *in caſtris à* Paulo, & Varrone Coſſ. *relictos tenebat. ſtatuit Senatus, omni ſpe ſublata poſſe fieri,ut,qui caperentur ab hoſte, redimerentur, aut permutationibus poſtliminio redeunt,cogi aut uincere,aut fortiter occumbere.Quòd quidem* Horatius *à* Cælio *diſſentiens carmine pulcherrimo ita celebrauit.*

Hoc cauerat mens prouida Reguli
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in æuum,
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes. Signa ego punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde dixit
Direpta uidi, uidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq́; non clauſas, & arua
Marte coli populata noſtro.
Auro repenſus ſcilicet acrior

Miles

Miles redibit? flagitio additis
Damnum. neque amiſſos colores
Lamna refert medicata fuco.
Nec uera uirtus, cum ſemel excidit
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerua plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus.
Et marte Pœnos proteret altero
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitq́; mortem.
Hic unde uitam ſumeret inſcius
Pacem duello miſcuit, ò pudor,
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis. Hæc Horatius.

Quæ quidem à Platonica inſtitutione non abhorrent, qua cautum eſt ne in ſanctiſſima illa Repub. qui capti eſſent ab hoſtibus redimantur. Ergo fidem fallere uir talis debuit? quam tu te ipſe etiam hoſti ſeruandam prædicas? oſtendam paulò pòſt ab eo fidem omni religione ſeruatam. Nunc affirmo eam fidem nemini præſtari oportere, qua rempublicam ſuam prodat. Habebat Regulus ut ait M. Tullius utilitatem Reipub. propoſitam, quàm tueri non poterat, ſi quod Pœni poſtulabant ſuſcipere noluiſſet, aut denique ſuſceptum effeciſſet, quare utroque modo Remp. ſuam prodere uiſus eſſet. Maluit igitur quod poterat, & leuius uidebatur agere, uel cùm tam longi itineris labore, quàm patriam deſerere. hic fateor me riſum tenere uix poſſe, cùm Cælius miretur eum ſenectuti ſuæ non peperciſſe, qui ſeſe breui hoſtium exquiſitiſſimis ſupplicijs tradere cogitabat. Verùm cur tanta religione ſeruari oporteat, quod contra Rempublicam tuam facturum

facturum te promittere cogaris, non uideo. coactus autem promiſit Regulus, quia ut dixi timebat ne, dum ipſe abeſſet, Senatus aliquid decerneret, quod contrà dignitatem, & utilitatem populi Romani eſſet. Neque uerò bono ciui, uiroq; forti ullius rei maior neceßitas afferri poteſt, quàm tuendæ Reip. dignitatis. quàm quidem rem M. Regulus proſpiciens coactus Romam uenit, nec eius rei aliam cauſam uidemus, quando ne filios quidem, nec uxorem ad ſe uoluit admittere, nec ullius precibus adduci potuit, ut ſuam utilitatem ſine honeſtate ſequeretur. quare idem Horatius inquit,

Fertur pudicæ coniugis oſculum
Paruosq; natos, ut capitis minor
À ſe remouiſſe, & uirilem
Toruus humi poſuiſſe uultum,
Donec labantes conſilio patres
Firmauit autor nunquam aliàs dato,
Interq; merentes amicos
Egregius properaret exul.
Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet, non aliter tamen
Dimouit obſtantes propinquos,
Et populum reditum morantem,
Quàm ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret
Tendens uenafros in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Non igitur fruſtrà ſuſceptum eſt illud iter tam longum ab homine adeo ſene. Quòd ſi non ſuſcepiſſet ille, hoſti non ſine magno Reip. ſuæ damno permultum profuiſſet. Nam quid aliud à Regulo petiere Pœni, quàm ut contra patriam ſuam iret legatus? quòd hi præmium propoſuerunt ut is Romanis

nis perſuaderet, quòd honeſtum illi minimè fuiſſet? ſalutem. Quòd ſi uiciſſim rem non peregiſſet? mortem atrociſſimam. Hic regulo ſtatuendum fuit utrum honeſtè ſibi moriendum eſſet, an turpiter uiuendum. Et dubitabimus quid tali uiro faciendum eſſet. Atqui non eſt ex imbecillitate noſtra robur illius animi, uirtutisq; magnitudo ponderanda, quæ rectè cenſebat ad optimum quenq; uirum pertinere omne decus patriæ omnibus ſuis commodis, & uitæ etiam ipſi præferre non dubitare. quoniam uerò Cicero hanc partem optimè defendit, ea omiſſa, iam pes pedi conferendus eſt, & ui maiore, ac impreſſione pugna conferenda. Quid ait tandem Cælius? hoſtium'ne Regulum mandata ſe iureiurando confirmaſſe curaturum? ego uerò nego. unum enim tantum legimus eum iuſiurandum hoſtibus dediſſe: niſi redditi captiui eſſent, ſeſe Carthaginem rediturum, quòd quidem mira conſtantia conſeruauit. Oſtendat nunc obſecro, qui contrà ſentit, dis immortalibus interpoſitis Regulum ſe mandata curaturum hoſtibus recepiſſe. Sed ut res etiam ratione confirmetur, uideamus utrum Pœnis iuſiurandum eſſet utilius, an id, quo ad hoſtes re infecta reuerti M. Regulus cogeretur, an quo utcunque res acta eſſet, liberum foret illi apud ſuos remanere. Vtilius illud omnino fuit, quod, ne gratis liber fieret Attilius, prohibuit. hoc igitur obſtringi eum maluerunt, exiſtimantes deſiderio ſalutis, & pœnæ metu omnia facturum, ut captiui permutarentur. Ac ſi non poſſet illud obtineri, noluerunt gratis imperatorem ſuum remittere Romanis, ut accidiſſet, ſi ſe fide tantum optima legationem illam iuraſſet obiturum. quod ut faceret nullis planè conditionibus adduci potuiſſet. Illud igitur iuratus Romam uenit, niſi redderentur captiui, ut Carthaginem rediret. At redditi non ſunt captiui, rediit Carthaginem Regulus. quid

aliud optaret quiſquam? ut patriam proderet? tu uerò ſic habeto, ſi Pœni ſub his conditionibus mandata Regulo dedere, ut ſi ea ex ſententia conficeret, liber eſſet: ſin minus, ad carceres rediret, optionem Regulo datam eſſe, utrum mallet eligendi, ut ſcilicet curandis mandatis liber, aut non curandis in hoſtium poteſtate eſſet. Non enim hæc abſoluta ſunt mandata, quibus premia, uel ſupplicia ſunt propoſita. Nam qui ſupplicium ſubire uelit, non continuo periurus eſt habendus, ſi mandata negligat. ita Regulus accepit ea mandata, quæ, ſi feciſſet, præmium libertatis propoſitum habebat. ſi non feciſſet, compedes, & catenas, non fecit is mandata, num ſupplicia recuſat? num perfidiæ accuſandus eſt is, qui Romam profectus eſt iuratus ſe, niſi fieret id, de quo legatus erat, ad hoſtes rediturum, & infecta re ſtatim rediјt ad hoſtes? uides quanto plus patriæ charitas apud eum, quàm propria ualuerit? profuit ergo patriæ, & præſtitit fidem hoſti regulus, nec quicquam fecit, aut dixit contra iuſiurandum. At omni religione conſeruata utilitatem patriæ iure, quàm hoſtium antiquiorem habuit. Cætera ſunt multò leuiora. nam quòd negat Cælius uirum ſapientem neq; ſuum, neq; Reip. commodum intellexiſſe, fallitur. Intelligebat enim ſuum ſe niſi contra iureiurandum ſequi non poſſe. Cui ſolam Cælius reſpiciens utilitatem prætextu tamen charitatis regerit uxoris, liberorum, totiusq; familiæ beneuolentiam, tum patriæ charitatem, & neceſſitudinum pignora. Quæ cum Regulus obſtrictus religione pro minimo putarit, durus illi nimium uidetur. Verùm Cælius contrà nimium fortaſſe nullis, ſi ea omnia tanta labe turpitudinis aſperſa optanda cenſuit. hic autem cum ſine perfidia tot bonis & commodis frui non poſſet, omnibus uir optimus carendum potius honeſtè cenſuit, quàm turpiter fruendum, præſertim illis, ut